celi velut solidissimi quasi ere firmati sunt: nō minus incōueniēs est p naturā ponere corp^o celeste scīdi aut diuidi vt cedat corpozi gloriofo: q̄s duo corpoza simul esse in eodē loco. cū ergo a sanctis doctozib^o cōmunitē teneat et vniuersalis ecclia predicet cōcorditer littere sacre scripture q̄ in natiuitate xp̄i et in ei^o exitu de sepulchro et in ipsius ingressu ad discipulos ianuis clausis: duo corpoza simul steterint in eodē loco: securi^o et veri^o dicitur q̄ in ascēsiōe xp̄i super om̄es celos duo corpoza fuerint simul in eodē loco: q̄s q̄ aliud genus miraculi p rruptionē et scissionē celoꝝ factum sit. p̄sertim qz prim^o modus ascēsiōis xp̄i per celoꝝz .s. penetrationē: p̄dicatur in vniuersali ecclia. q̄ predicatio nō est contēnenda dicēte ap̄lo p^o Lōrin. 1. s. si inanis ē predicatio n̄ra: inanis ē et fides n̄ra. ¶ Respōsiōnē aut̄ arguētis ad quintā rōnez admittim^o. sed ratio illa quinta nō est sancti thome neq; fm̄ ei^o doctrinā pbaref. ¶ Ad. 6^m. p̄ncipale dicitur q̄ r̄nsiōnes date ad tres rōnes alias pbātes q̄ p diuinā potētā duo corpoza p̄nt esse simul in eodez loco: nō sufficiētē soluūt. nō prima ppter duo. p̄mum ē qz supponit falsum. nā quādo virtute diuina ipedit ne ignis exurat seu calefaciat sicut factū fuit in camino triū pueroꝝ: non solū diuina virt^o ipedit naturā calozis ne iprimaf calefactibili: s̄ etiā ipedit et aufert ab igne actionē vt calefacere vel cōburere p quā natura calozis ifunditur calefactibili. quāuis et possibile sit deo subtrahere effectū nō subtrahēdo actionē cause secūde. et pari modo p̄nt impedire ne corpus adueniens loco alteri^o expellat p̄mum a loco aut distinguat sibi locū ab illo. ac p hoc facere p̄nt q̄ ambo corpoza simul sint i eodē loco. vnde nihil differt ad p̄positū q̄ manente actione secūde cause subtrahat de virtute eius effect^o: aut q̄ simul cū effectu subtrahat vel impediāf actio: naz deo vtrūq; est eque possibile. Secūdū est qz licet ad occupare locū nō sequat̄ i loco ex p̄sentia locati aliq̄ forma intrinseca: seq̄tur tū aliq̄ extrinseca loco et intrinseca locato. s. vbi qd̄ fm̄ auctoꝝez sex p̄ncipioꝝ est forma q̄dam distincta ab alijs p̄dicamētis existēs subiectiue in locato. ita q̄ p hoc q̄ deus ipedit actionē corpoꝝ secūdo adueniētis. s. expulsionē corpoꝝ primo existētis in eodē loco: ipedit ne ex eius p̄sentia causef forma vbi distincta a forma vbi corpoꝝ p̄us existētis. et sic nō solū ipedit actionē corpoꝝ locati: sed etiā ipedit in loco extrinsece et intrinsece in locato quandam distinctā formā vbi. ¶ Itēq; valet r̄nsiō ad secūdā ratiōnē: qm̄ minor est falsa capiēdo occupare locū fm̄ viz nominis. vnde occupare locū dupliciter potest accipi. vno

modo quātū ad rōnem nominis: et sic occupare locū idem est q̄ locū replere. alio modo occupare locū est replere locū et nō cōpati in eodem loco aliud corpoꝝ: et hoc secundum se habet ex additione ad primū. et quāuis fm̄ vim et ordinē nature duo ista nō separent̄ adiucē: s̄ qz nō cōpat̄ aliud corpoꝝ in eodē loco se hēt ex additione ad replere et occupare locū fm̄ primā acceptionez: est qd̄ posteri^o illo. et p consequens p̄nt diuina virtute ab eo separari ita vt duo corpoza sint in eodē loco illū repleāt et illū simul occupēt fm̄ q̄ occupare locū capiūt in p̄ma significatione. vñ cōcedimus q̄ corpoꝝ occupare locū est in loco h̄re partes positione distinctas et distātes abinuicē. sed falsum est q̄ de ei^o rōne essentiali et p̄meua sit h̄re partes positione distinctas et distātes loco ab omni alia quātitate vt arguēs infert. vñ arguēs deceptus est in significatione p̄maria ei^o qd̄ est occupare locum. ¶ Itēq; valet respōsiō ad tertiā rōnem qm̄ assumit falsum. nā cū locus sit extrinsecus locato: non possunt duo corpoza habere distinctionez inter se a loco nisi ab extrinseco. s̄ necessariū est cum sint duo corpoza fm̄ subam et fm̄ p̄p̄tates intrinsecas q̄ ab intrinseco distiguanf adinuicē: qd̄ arguēs necessario hēt p̄fiteri cū ponat deū posse facere plura corpoza quozū neutrū sit in loco. et cum distinctio corpoꝝ ab extrinseco sit posterior et accidētalis quātū attinet ad p̄positū: consequēs est q̄ de^o p̄nt cōseruare distinctionē subalem et intrinsecam duoz corpoꝝ absq; eoz distinctione extrinseca et accidētali. Qd̄ aut̄ arguēs dicit deus nō posse facere duo quāta distincta sic q̄ partes eoz sint positione indistincte: cōcedimus capiēdo positionez fm̄ q̄ est ordo partiū in toto et p̄tinet ad p̄dicamentū quātitatis: q̄ positio est de intrinseca ratiōe quātitatis. si aut̄ arguens intelligat sicut videtur de positione q̄ est ordo partiū locati in loco que pertinet ad p̄dicamentū situs: negamus illud. et ad huius improbationē dicimus q̄ assumptū est falsum. non enī positio situs est de intrinseca ratiōe quātitatis. et hoc habet ipse arguēs cōcedere cum ponat deus posse facere plura corpoza quozum neutrū sit in loco. nam corpoza quāta quedam sunt et quātitas est de intrinseca eozū cōpositione: ita vt nō sit dare corpus nec mathematicum nec naturale sine eo q̄ sit quantum vel quantitas. ¶ Cum vero arguēs vult respōsiōnez suam coaptare et applicare ad formaz argumenti primo contradicit sibi ipsi dicens q̄ nō prohibetur plura corpoza esse in eodem loco: qz locus sit causa distinctionis corpoꝝ: nam parū supra dixit oppositum. Secūdo aut̄ assumit falsum. nā vt su-

pra dictū est: distinctā positionē corporū cōparit
 vnitas loci p virtutē diuinā. ¶ Ad argumēta sco-
 ti cōtra modū dicēdi sancti thome .s. q solus de⁹
 pōt facere duo corpa esse in eodē situ: ad primū
 dicit q pcedit ex malo intellectu verborū sancti
 thome. nā cū dicit sanct⁹ thomas deū solū id pos-
 se: nō intēdit excludere omnē cooperationē vel cō-
 causalitatē causarū naturalū. sed mēs sua est dice-
 re q ad illū effectū nulla alia causa sufficere pōt
 nec pōt ad illū attingere quāuis ad aliqua q talis
 effect⁹ p̄supponit cooperetur. sicut p̄ncipia essentia-
 lia duorū corporū cooperant ad cōsistētā corporū
 sine qua duo corpa nec in eodē loco nec in diuer-
 sis esse nō possēt: et dimēssiones q cooperant p hoc
 q apte nate sunt esse in loco. sed neutra istarum
 causarū attingit ad hunc effectū qui ē duo corpo-
 ra esse in eodē loco. Et cōsimiliter cū dicit q sol⁹
 deus cōseruat duo corpa in eodē loco: debz intel-
 ligi in q̄ ipsa cōseruatio terminat ad hoc q sint
 simul in eodē loco. ad quē effectū sola dei opatio
 attingit p̄ se: quāuis ad hoc q ipsa corpa sint et di-
 stincta sint numero: cooperant diuine actioni p̄nci-
 pia eorū essēntialia et accidētalia. Et est similis mo-
 dus loquēdi cū sancti et doctores cōmuniter di-
 cunt q infusio gr̄e homini est a solo deo: qz ad hūc
 effectū p̄ se solus de⁹ attingit. quāuis ad quedam
 q huiuscemodi infusio p̄supponit. s. ad hoīs cōsi-
 stētā cause naturales cooperentur. nā si homo nō
 esset: nō posset illi gr̄a infundi. Respōsio autem
 quā arguēs intro ducit ad nihilū valet. ¶ Ad. 2^m
 dicit q sit⁹ q dicit ordinē et positionē partiū in to-
 to: est essēntiale distinctiū quātītatis. et sine hoc
 situ de⁹ nō pōt p̄seruare quātītātē cōtinuā distin-
 ctam ab alia. sit⁹ vero q dicit ordinē et positionē
 partiū cōtinuū in loco: ē accidētale distinctiū ip-
 sius: non tñ casuale. et sine hoc situ de⁹ pōt cōser-
 uare duo quāta et duo corpa. nam ante istū sitū
 formalē causam et essēntiales distinctionis habet
 quātītātē q est causa distinctionis situs localis. vñ
 S. Tho. sup boetiū de trini. vbi q̄rit an loci varie-
 tas aliquid faciat ad diuersitatē fm numerū: di-
 cit q ex eodez causat diuersitas fm numerū: ex q
 causat necessitas diuersitatis locorū i diuersis cor-
 poribus. s. ex diuersitate materie sub dimensiō-
 nibus existētis vt parū supra inquit et latius articu-
 lo p̄cedēte. et p̄cludēs ait. et ideo ip̄a diuersitas lo-
 corū in se considerata est signū diuersitatis fz nu-
 merū. Et i respōsione ad p̄mū et. 2^m. et. 3^m. dicit
 q rationes ille cōcludūt q diuersitas loci nō est
 causa diuersitatis indiuiduorū fm se qd̄ ipse cōce-
 dit: sed per hoc inquit nō remouet quin causa di-
 uersitatis locorū. s. diuersitas materie sub dimen-

sionibus sit causa diuersitatis fm numerū. vñ fm
 ista argumētū nihil cōcludit cōtra nos. ¶ Ad. 3^m
 dicitur ad maiorē q in causis eiusdē ordinis et ra-
 tionis: nō datur circū. sed in minori deficit argu-
 mentū: quia distincta quātītās et distinct⁹ sit⁹ loca-
 lis nō sunt cause adinuicē eiusdē ordinis. nā disti-
 cta quātītās est causa distinctionis situs a priori.
 distinct⁹ vero sit⁹ est causa distinctionis quātītatis
 a posteriori et p modū signi. ¶ Ad. 4^m. dicimus
 q quicqd sit de eius p̄cessu: et tñ nihil cōcludit cō-
 tra nos. imo id ipsum insert qd̄ nos tenemus. s. q
 non ē impossibile deo: quātū esse simul cū quanto
 et quantū eē sine suo effectu qui ē esse in loco dis-
 tincto. ¶ Ad argumēta aliorū cōtra eandē cōclu-
 sionē q recitat scot⁹: ad primū respōdet ipse scot⁹
 q auctoritas boetiū sic est intelligēda non q acci-
 dentia faciāt indiuiduū nec ei⁹ differētā substan-
 tialē et multo min⁹ locus qz possibile est corp⁹ in-
 diuiduū esse sine loco sicut patet de vltima spera.
 sed est intelligēdū q facit diuersitatē numeralē
 id est ostēdit nobis diuersitatē numeralē qz diffe-
 rētia accidētū facit nobis talē diuersitatē inotes-
 cere. et quo ad hoc meli⁹ facit locus ad inotescen-
 dū q̄ alia: eo q naturali cognitione nō possum⁹
 illa duo corpa cognoscere si ipsa essent in vno lo-
 co. hec scot⁹. et cōsonat sentētie sancti doctoris si-
 cut patet in respōsione ad secūdū imediate p̄e-
 cedente. ¶ Possēt etiā breui⁹ dici ad argumētū
 q boetius loquit de differētia indiuiduorū non a
 priori sed a posteriori. et cū dicit nullo modo fin-
 gere possum⁹ duob⁹ corporib⁹ vnū locū: loquit cōsi-
 derata vi naturalū causarū: nō p̄siderata dei potē-
 tia a q̄ magis depēdēt omnes effect⁹ causarū secu-
 darū q̄ ab ipsis causis secundis. p̄pter qd̄ illis re-
 motis deus pōt p̄ducere effect⁹ quos vult. sic ex-
 ponit sanct⁹ thomas sup boe. de tri. in respōsione
 ad. 4^m. ¶ Ad. 2^m. respōdet scotus negando ma-
 iorē. s. q dimēssio ē formalis ratio repugnādi duo
 corpa esse simul. nā vt dicit: disticte dimēssiones
 cū sint in distinctis subiectis non habēt formales
 repugnātiām fm se q nō est nisi quo ad idē subm
 sed pōt esse repugnātia inter eas quātū ad effe-
 ctū que fm eum dicit repugnātia virtualis. qm̄
 repletio loci facta p vnum corpus: repugnat q si
 mul fiat repletio eiusdē loci p aliud corpus. de⁹
 autem pōt subtrahere effectū a sua causa natura-
 li. et ista etiā solutio concordat doctrine sancti
 thome vt patet ex eius dictis proxime allegatis.
 Ad cōfirmationē respōdet scotus negādo simi-
 litudinem. et causa dissimilitudinis est quia distin-
 cte dimēssiones nō sunt formaliter contrarie. et
 ideo possunt esse simul i eodē loco potius q̄ duo
 accidentia

accidētia cōtraria. Et p̄ hec patet respōsio ad id qđ sequitur q̄. s. vnū cōtrariū expellit aliū a subto. nā supponit falsuz qz distictē dimēsiōnes nō sunt p̄trarie. put dictū est. ¶ Ad. 3^m. respōdet sicut ad 2^m. q̄ licet dimēsiō sit causa repugnandi q̄ duo corpora sint i eodē loco: nō tñ est rō formalis sicut dictū est. ¶ Ad. 4^m. respōdet ip̄e scot^o q̄ cōsequētia nō valet. qz indiuisibilia nullā hñt magnitudinē ⁊ ideo fiūt vnuz simul posita. diuisibile autē licet sit cū aliō diuisibili: manet tñ magnū. ⁊ ideo nō valet si indiuisibilia nō p̄t esse simul nisi fiāt vnū: qđ idē sit d̄ diuisibilib^o. s̄ respōsio ista manifeste assumit falsum. nā duo p̄cta terminātia duas lineas simul existētes sūt simul ⁊ tñ nō fiūt vnū imo qđlibet p̄ctuz ē distictū subto ab aliō. vn̄ meli^o respōderi pōt ex dictis. S. T. in hac dif. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. ad. 3^m. negādo maiorē. ⁊ ad eius pbationē dicūt q̄ p̄bus loq̄tur supposito p̄ impossibili q̄ duo p̄cta existerēt fm se nō tāq̄ termini magnitudinū. nūc autē qz fm veritatē duo p̄cta nō p̄t esse i rex nā nisi sint terminū magnitudinū vt lineaz: duo p̄cta p̄t eē simul i eodē loco ita q̄ nō fiāt vnū sed maneāt disticta subtris eo tñ mō quo p̄cto cōuenit eē in loco. s. p̄ accidēs qz corpus vel linea cui^o est termin^o est p̄ se in loco. put p̄bus dicit. 4^o. phy. ¶ Ad. 5^m. respōdet S. Tho. loco p̄ime allegato sub. ar. 3^o. i respōsione ad scōm q̄ minor est falsa. nā posito p̄ diuina virtutē q̄ duo corpora sint i eodem loco: nō ideo due linee recte p̄t trahi a p̄cto i p̄ctū s̄ a diuersis p̄ctis. nā cū p̄ct^o sit subiectiue in corpore cuius ē termin^o: due linee recte i duob^o corpore nō p̄t trahi nisi q̄libet a p̄cto in punctū in suo corpore qđ est distictum numero ab aliō corpore fm subam et accidētia intrinseca: q̄uis nō loco. vn̄ argumētū fallit supponēs q̄ ab eo dē puncto designato i loco deberēt trahi due linee duoz corpore existētū in ipso loco. qđ falsuz est qm̄ linea recta in aliquo corpore nō trahit nisi a p̄cto in p̄ctū existētū subiectiue in ipso corpore cui^o sunt termini. ac p̄ hoc in diuersis corpore b^o a diuersis p̄ctis trahūtur diuersē linee recte. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. T. in hac dif. q. 2. ar. 2. sub. ar. 2. ad. p^m. q̄ corpus xpi nō habuit ex dote subtilitatis q̄ possit esse simul cū aliō corpore in eodē loco sicut minor argumētū supponit. sed id pōt ex diuinitatis virtute post resurrectionē sicut i natiuitate. ⁊ ideo nō sequit^o q̄ rōne subtilitatis id conueniat corpore bus gloriofis. ⁊ in hoc articulus terminatur.



Uteri^o cir

ca distictionez q̄dragelima quartaz q̄rit vtrū aia sepata possit pati ab igne corporeo et arguitur q̄ nō. qz oē qđ patit recipit aliqd ab agēte. si ergo aia patiat ab igne corporeo: oportet q̄ aliqd ab eo recipiat. sed oē qđ recipitur in aliquo ē in eo p̄ modū recipiētis. ergo qđ recipitur ab igne in aia nō est i eo materialiter s̄ spūaliter. sed forme rerū in aia spūaliter existētes: sūt p̄fectiones illius. ergo si ponat^o q̄ aia patiat ab igne corporeo: hoc nō erit i ei^o penā s̄ magis in eius p̄fectionē. ¶ In oppositū arguit. qz eadem rō est de aiabus separatis ⁊ de oibus q̄ ab igne pati possunt. sed oēs ab igne corporeo patiūtur cū puniātur ab illo igne a q̄ corpora dānatoz post resurrectionē patiūtur que oportet eē corporeū. ergo aie separate ab igne corporeo pati possūt. ¶ In hac q̄stioe erūt q̄ttuoz articuli vt s̄.



Quantum ad p̄-

mu^o articulū sit p̄ma cōclusio q̄ ignis inferni affliget corporaliter dānatos post resurrectionē q̄uis nō alterabit eoz corpora a sua naturali dispositione. h̄ac p̄clusionē tenet S. Tho. in hac dif. q. 3. ar. p^o. sub. ar. 3. in. cor. et ad. 3^m. Et cōtra gē. li^o. 4. ca. 89. Itē qđlibet. 7 ar. 11. ⁊ 13. ¶ Secūda cōclusio est q̄ aia separata pōt pati ⁊ affligi ab igne corporeo. h̄ac p̄clusio nē tenet. S. T. in hac dif. q. 3. ar. 3. sub. ar. 3. Itē cōtra gē. li^o. 4. ca. 90. Et in q̄stionib^o de aia. ar. 21. Et qđlibet. 3. ar. 13. ¶ Tertia cōclusio ē q̄ p̄uatio diuine visionis ē p̄cipalis pena dānatoz. h̄ac cōclusionē tenet. S. T. in plerisq̄ locis ⁊ p̄serti in q̄stionib^o d̄ aia loco p̄ime allegato i cor. Et cōtra gē. li^o. 3. ca. 141. Itē opus. 3^o. ca. 174.



Quantum ad se-

cundū articulū arguendū est cōtra cōclusiones. Et quidē contra p̄mā arguit durādus ⁊ p̄mo cōtra cōclusiones in se. ⁊ arguit p̄mo sic. illud qđ nihil reale abijcit sed solū illud qđ est nature p̄ueniēs: nō affligit nec inducit veram passionē que sit vere afflictīua. sed p̄ spūalē imutationē nihil reale abijcit: sed solū ponitur

illud quod est nature conueniens: quia talis receptio est perfectio sensuum. ergo per tale immutationem nihil affligitur: nec talis receptio est passio vere afflictiva. utraque premissarum de se patet. ¶ 2.º. sic. per illud quod est commune beatis et damnatis: non potest poni afflictio damnatorum. sed spiritualis immutatio sensuum a sensibilibus: est communis beatis et damnatis. ergo per illam non potest poni fieri afflictio damnatorum. patet maior. quia posita causa communis: ponitur effectus communis. et ideo si causa afflictionis esset in beatis et damnatis: sequitur quod afflictio similiter esset eis communis quod non est verum. minor similiter patet de se. quia sensus beatorum immutabuntur simpliciter a sensibilibus sicut sensus damnatorum: alioquin non cognosceretur sensibilia quae damnati cognoscunt. si autem dicatur quod beati apprehendent ignem seu immutabuntur sicut damnati ab illo: non tamen apprehendent ipsum ut nocivum vel lesivum quomodo damnati ipsum apprehendent: contra quia aut ille ignis erit in corporibus damnatorum lesivus aut non. si non et tu dicis quod apprehendent eum ut lesivum: ergo ista apprehensio erit falsa. et sic non affligetur secundum veritatem ab igne sed solus ex sua falsa apprehensione seu estimatione quod est inconueniens. Et iterum unde veniret damnatis illa falsa estimatio quod iudicaret illum ignem ut eis nocivum si in veritate non sit eis nocivum. non potest dici quod a deo quia deus nulli immittit falsum iudicium sicut nec per se appetitum. nec ex seipsum: quia damnati post resurrectionem erunt eque perfecti seu perfectiores sicut nunc sunt. et ideo sicut nunc possunt recte iudicare de igne utrum sit eis nocivus vel non: ita tunc poterunt ut videtur. Et iterum quicquid sit de aliis sensibilibus aliorum sensuum et maxime visus quod possunt immutare sensum intentionaliter sine reali et naturali immutatione quod tamen non omnes concedunt: sensibilia tamen tactus et maxime calor non videtur immutare sensum tactus nisi naturali immutatione vel saltem non sine ea. calor enim non videtur in medio vel organo causare nisi calorem. vel si causet aliquid aliud: non tamen sine calore. propter quod non bene apparet quomodo calor ignis non possit sensum tactus immutare spiritualiter et non naturaliter. si vero ille ignis sit eis vere lesivus: habetur propositum. scilicet quod damnati affligentur vera passione naturali ab igne illata. quod patet sic. obiectum tempore vel natura precedit actum potentie. sed ignis ut vere lesivus immo ut actu ledens: est obiectum actualis apprehensionis vel actualis afflictionis sequentis in damnatis. ergo prius tempore vel saltem natura: ignis ledit corpora damnatorum: quam apprehendatur et quam sequatur dolor in eis. sed illa lesio ex quo precedit omnem

immutationem spirituales: non potest esse nisi per mutationem realem et naturalem. quare etc. sic ergo patet quod dolor sensibilis qualis ponitur in damnatis non potest causari per solam immutationem spirituales seu intentionalem. Et quod dicitur quod sensibilia proportionata delectant in proportionata vero offendunt dato quod non immutentur immutatione naturali ut colores et soni: non valet. quia quis tristitia possit causari ex omnibus illis quibus non letibus accidunt ut ostendit Augustinus l. 4. de civitate dei: dolor tamen sensibilis secundum eundem non est nisi ex lesione carnis proveniens. premissa ergo sensibilia quantumcumque in proportionata causare possent tristitiam seu displicentiam. sed dolorem sensibilem nihil potest causare nisi quod corpus immutat realiter. ¶ 2.º. principaliter arguit contra probationem conclusionis quae dicitur quod quia celum per motum suum est primum alterans: ideo cessante motu celi cessabit omnis alteratio. illud enim non potest teneri saltem Parisius cum sit articulus condemnatus. dicit enim articulus quod dicere quod cessante motu celi si ignis esset iuxta stupam non combureret illam: error. Item illa ratio videtur repugnare positioni. quia primum alterans est causa communis alterationis et non cuiusdam tantum. si ergo per cessationem motus celi tanquam primum alterans cessent alie alterationes: oportet dicere quod omnes cessent et non quedam sic et quedam non quod est contra eos qui dicunt quod cessabit actio naturalis non autem intentionalis. Item quia ista distinctio alterationum seu passionum est satis dubia. quia omnis alteratio quam facit sensibile in motum vel in sensum: videtur esse naturalis et realis. naturalis quidem: quia est ex principiis naturalibus naturaliter agentibus. realis vero: quia per eam fit vera et realis forma in susceptivo quae habet totum suum esse circumscripta omni operatione anime. verum quia immutatio talium sensibilibus non corrumpit aliquid per se sed solum illa quae sunt a sensibilibus tactus: quia consistencia corporis per se dependet ex qualitatibus tangibilibus et non ex aliis sensibilibus ideo immutationes qualitatium tangibilium possunt per se pertinere ad corruptionem corporis. non autem ille que sunt ab aliis. propter hoc tamen non debet dici quod immutatio que fit a qualitatibus tangibilibus sit realis et naturalis: illa vero quae fit ab aliis sensibilibus non sit realis et naturalis sed solum intentionalis. omnes enim sunt reales et naturales et equaliter dependent a primo alterante. et ideo si immutatio aliorum sensibilibus puta colorum et soni possunt esse cessante motu celi: eadem ratione poterit esse immutatio naturalis secundum qualitates tan

gibiles. Item nullo modo videtur qd celum ratione sui motus localis sit causa alicuius alterationis nec illius qd est ab illo immediate nec cuiuscumq; alterius. primo quia principium quo alterans alterat naturaliter: est aliqua qualitas alterantis sine yniuoca cum termino alterationis sine equiuoca. sed motus localis non est aliqua qualitas corporis celestis nec aliqua forma absoluta. ergo non potest esse principium seu ratio alicuius alterationis. maior patet. quia sola forma potest esse principium quo aliquid agit. illa autem respectu alterationis non potest esse forma substantialis vt patet per aristotelem de sensu et sensato. nec quantitas: quia illa nullius actionis est principium imo abstrahit ab omni actione et passione. nec relatio vt patet. 5. phy. relinquitur ergo qd sit aliqua qualitas et sic patet maior. minor de se manifesta est et nihilominus habetur. 8. phy. vbi dicitur qd motus localis nihil variat in celo et ideo solus ille motus ei attribuitur. Secundo quia impossibile est qd aliquid habens principium agendi eque perfectum vt prius et passum eque dispositum vt prius: non possit agere sicut prius. sed cessante motu celi ignis remanebit ita calidus sicut prius et stupa eque disposita vt calefiat sicut prius. ergo eis approximatis necessario ignis comburet stupam sicut prius. et eodem modo cum corpora dñatorum sint vere passibilia: carēt enī dote impassibilitatis quaz habent corpora beatorum: poterunt vere calefiere et imitari ab igne sicut nunc immutantur. cessatio ergo motus celi non impedit veram et naturalem alterationem corporum. quia motus eius ad illam non requiritur: quibus requiratur ad alterationem generationis et corruptionis et aliarum mutationum per hoc qd adducit alterans scilicet solem et alia astra respectu diuersarum partium terre que sui presentia agunt vbi prius non agebant et propter sui absentiam non agunt vbi prius agebant. hec ille. Contra eandem conclusionem arguit scotus probando qd cessante motu celi agentia inferiora possent agere. quia non est ratio agendi ex parte cause particularis: nisi quia habet formam sufficienter actiuam et passum sufficienter approximatum. et si dicas qd cum hoc requiritur aliud agēs vniuersale. scilicet celum: volo non inq̄tum motus localiter quia motus localis non est sibi ratio agendi in suo ordine. nihil enim facit motus localis s̄m philosophū. 2. de generatione: nisi qd est adducens generans hoc est per seipsum fit approximatio agentis habentis virtutē actiuam propriā: et approximatio ad passum

est habitudo siue aspectus ad corpus celeste habens determinatam rationem cause superioris respectu cause inferioris suppositae: que omnia haberet etiam si requiesceret. ergo requisita ad actionem essent tunc q̄ nunc. hec ille. Contra eandem conclusionem arguit aureolus probando qd organa sensuum damnatorum puta tactus calescit realiter. primo quia apprehensio excellentis calidi est quedam calefactio trahens medium armonie tactus ad extremum. sed ita erit in damnatis. ergo etc. 2. sic. nā scriptura dicit qd dānati mittentur in ignē et ardebunt. 3. quia auctoritates sanctorum puta augustini et gregorij idē sonant nec distinguunt passionem intentionalem a reali. 2. loco vult probare qd non possit esse in sensu passio intentionalis sine reali: quoniam passio intentionalis actio est realis. primo nam s̄m aristotelem. 2. de anima excellens sensibile corrumpt sensum. et hoc patet per experientiam in visu respectu intensissimi coloris et in auditu respectu excellentis soni. sed impossibile est qd aliqua actio corrumpt sensum nisi sit actio realis vt cum apprehensione concurrat realis transmutatio. 2. nam ibidē philosophus dat differentiam inter sensum et intellectum. quia intellectus post excellens intelligibile fortius intelligit. e contrario autē est de sensu. nam auditus post maximum sonum minus audit: quod non esset nisi potentia auditiva transmutaretur realiter. 3. quia ad experientiam patet qd post visionem intensam coloris viridis remanet potentia visiva alterata adeo vt alia videantur sibi virida. similiter post maximum lumē apparent omnia luminosa: quod non esset nisi apprehensio sensuum esset cum reali transmutatione. similiter idem patet quia ad sensationem odorū sunt in sensu reales transmutationes nam puocant et curant reuma. non ergo operatio sensus est abstracta sicut operatio intellectus. 4. quia dicit philosophus. 2. de anima qd visio est quedam coloratio. similiter auditio est quedam sonatio. et ratio est quia obiectum sensibile actuatur et quodammodo transmutatur sensum ad sui similitudinem realem. 5. quia organa sensuum existunt in quadam spoliatioe a forma apprehēdenda in quodam medio inter extrema. visus enim est spoliatus ab excellenti colore et lumine: ideo eius organum consistit in quadā diaphoneitate. et similiter tactus consistit in medietate qualitatum tangibilium recedente ab extremis. tale autē medium extremorum in quolibet organo sensuum vocat aristoteles armoniam. tunc sic. comprehensiones sensuum non sunt nisi mutationes mediorum. s̄ huiusmodi

mutationes medioꝝ sunt reales trāsmutatio-
nes. ergo imutationes sensuum sunt passiones
trāsmutative. ⁊ hic est q̄ magis facte abijciunt a
sensu p̄ tanto q̄ sensibilia agētia fm̄ suas extre-
mitates corrūpunt p̄portionē sensus p̄o tāto
q̄z trahunt eā a medio ad extremū. nec aristote-
les intēdit q̄ huiusmodi trāsmutationes sensuū
sint generaliter salus ⁊ p̄fectio nisi s̄ mutatione
sensus vsq̄ ad gradus q̄ p̄portionatur armo-
nie organa a qua cū exeunt: trahūt mediū ad ex-
trema. ideo cōphēsiō summe calidi i sensu ta-
ctus nō est aliud q̄ calefactio. similiter cōprehē-
siō excellētis coloris i visu: est quedā coloratio
trahēs mediū ad extrema et ideo abijcit a suba.
hec ille. ¶ Cōtra eandē conclusionē arguit hēri-
cus quodlibet. 11^o. q. 8^a. dicēs. dicunt q̄dā q̄ sola
apprehēsiō sine imutatione reali pōt causare do-
lozē ⁊ maiorēz q̄ si esset ibi realis imutatio sicut
erit i corporibus dānatoꝝ. q̄ ignis non imuta-
bit corpora eoz cōburēdo: sed per spēm intētio-
nalē calozim imutabit excessiue ad quā seq̄tur
maxim^o dolor. sed quomodo possit hoc fieri na-
turaliter: nō video. q̄ si in tali imutatione nulla
sit abiectio: nihil recipitur nisi sensibile fm̄ q̄ sen-
sibile. si autē non causat dolorē sed delectationē
vnde nō affligeret ea nisi sup̄naturaliter sensus
p̄fectissimos. Si ergo oportet ponere corpora
dānatoꝝ vere affligi nec sit ibi imutatio corrup-
tiua nec deus imittat dolorē q̄z tunc p̄o nihilo
esset ibi ignis: tunc si p̄ciperetur corruptiua imu-
tatio vbi nō est deceptio: esset sicut est i dormiē-
tibus q̄ somniāt se cōburi. hec ille. ¶ Itē bernard^o
ibidē sic dicit. positio illa que ponit corpora dā-
natoꝝ affligi per intētionālē imutationem
non naturalē vel realē: non est multuz ratio-
nabilis. q̄ licet app̄henderēt illam imutationē in-
tentionālē: tamē cum hoc scirent q̄ in nullo pōt
eis nocere. ⁊ ideo non apprehenderent dolorēz.
¶ Itē illa imutatio intētionalis non fit ab igne ni-
si per imutationē naturalē: aliter non plus affli-
geret eos calor ignis presentis q̄ absentis. quia
ex quo nō imutat realiter: sufficeret q̄ calor eēt
imaginatus. ea enī que imaginantur: frequēter
plus mouent q̄ ea que in picturis videmus. ille
autē ignis non plus faceret i eis q̄ ignis pictus
q̄ reduceret eis ad memoriā veruz ignē absq̄
hoc q̄ aliquam realem imutationē faceret i eis.
sicut aliqui dicunt q̄ ignis verus nullam realez
imutationem facit i eis. hoc autē est idem dicere
ac si negaretur illa afflictio fieri per verum ignē.
¶ Itē apprehēdere nocūmentum quod nullo mo-
do nocere potest: est deceptio. et sic deciperētur

dānati. et ideo hec positio non est multū tenen-
da. hec ille. ¶ Cōtra secundaz conclusionē ar-
guit durandus dicēs q̄ hec opinio probabilis ē
ponendo q̄ aīa separata vel angelus sit in loco
per essentiam suā. q̄z tunc potest virtute diuina
detineri in loco ne moueatur ad alium ad quez
vellet. non tamē bene apparet quomodo virtus
detētiua sit in igne. ⁊ sic ab eo patitur eo modo quo desiderās
mortē ⁊ fastidiens vitā: dicit q̄ aīa patitur a suo
corpore in quo detinetur. ⁊ nihilominus graue
videtur aliq̄bus q̄ iste sit totus mod^o quo ani-
ma vel demones patientur. quia fm̄ hunc mo-
dum: equaliter pateretur aīa vel demon si deti-
neretur i pulcherrima camera ⁊ optime ornata
sicut patitur ab igne: q̄z non ponitur pati nisi q̄-
tenus detinetur. hoc autē non reputatur ad eo
penale cōmuniter seu graue: sicut p̄dicamus eē
graue penam damnatoꝝ hominum vel demo-
nū. Et confirmatur. q̄z sicut anime dānatoꝝ
detinetur i inferno: sic aīe pueroꝝ decedētuz
in solo originali in libo. si ergo sola detentio est
afflictio: seq̄tur q̄ aīe decedētium i originali tā-
tum affliguntur: q̄tum demones ⁊ aīe dānato-
rum quod non videtur conueniēs. si vero spūs
ponatur esse in loco p̄ operationē: tunc non be-
ne apparet qualiter patiatur a loco p̄ detētiōē.
q̄z operationum quedam manēt i agente vt in-
telligere ⁊ velle: ⁊ p̄stas non potest spūs eē ma-
gis i loco q̄ per essentiam. alie vero sunt q̄ tran-
seunt i materiam exteriorē: et per has solas pōt
cōpetere spūm esse i loco quatenus mouet vel
facit aliqd̄ circa locum vel circa corpus existens
in loco. hec autē operatio licet possit conuenire
angelis: non tamē pōt cōuenire animabus sepa-
ratis. q̄z aīa separata nec mouet ad formam q̄
est cōmune sibi ⁊ angelis. nec pōt mouere aliqd̄
corpus ad locum: q̄z cum habeat determinatuz
mobile. s. corpus cui vnitur vt forma mediante
quo mouet quicqd̄ mouet: separata ab eo nihil
aliud pōt mouere. si ergo spūs non sit i loco nisi
per operationē ⁊ nullā talē pōt habere aīa sepa-
rata: seq̄tur q̄ ipsa nō sit i loco. ⁊ p̄ consequēs q̄
ibi non detineatur nec p̄ determinationē affliga-
tur. ¶ Itē probatur de aīa ⁊ angelis simul esto q̄
vtriq̄ conueniat operari circa locū q̄ non affli-
gātur p̄ detētiōē in loco. q̄z si esse i loco ē ope-
rari i loco: eē seu detineri violēter i loco: est ope-
rari i loco violēter vel p̄tra voluntatē. sed illud
nō pōt cōpetere aīe separate vel angelo. ergo ⁊c.
maior de se patet. minor probatur. quia magis

pōt homo cogi ad operādū q̄ angelus vel aīa separata. sed homo non pōt cogi coactione simpliciter dicta ad operandum ea que dependent ex libero arbitrio: q̄nis possit impediri ne faciat quod vellet facere. nam si p̄ violentiam manus alicuius hominis applicetur ad pcutiēdum aliū talis non pcutiet actiue. q̄ principium actiuum operationis non est in illo sed mere passiuum. et multo magis videtur q̄ aīa separata vel angelus non possit cogi ad aliquam actionē depēdētez a libero arbitrio. talis autem est omnis actio quā habet vel habere pōt aīa separata vel angelus circa locum. quare si eē in loco est operari in loco: et detineri in loco est operari in loco violēter patet q̄ nec angelus nec aīa sepata possunt violēter detineri in loco. nec p̄ consequens affligi p̄ violētā detentionē. Si vero dicatur q̄ non sunt in loco nec detinentur in loco p̄ actionez suam in locum sed potius p̄ actionē quaz recipiunt a loco: contra. detineri a loco supponit esse in loco. si ergo passio spūs in loco est per detētionē in loco seq̄tur q̄ passio in loco supponit esse in loco. sed posterius presupponēs suum p̄us: non est causa eius. ergo patet q̄ a loco non est ratio anime v̄l angelo q̄ sit in loco. hec ille in forma. **C**ontra eandē arguit henricus. 8°. quod libet. q. 34. dicens. quidā dicunt q̄ spūs alligatur igni et nō pōt separari et impeditur ab agēdo quod agere cupit et in hoc summe affligitur. sed hoc modo nō patitur ab igne inferēte passionē nisi occasionaliter. sed ip̄e in se huiusmodi dolore excitat sicut cor hominis excitaret passionē iracundie ad presentia repugnantis. Itē dicunt alij q̄ patitur ab igne non vt est natura inflictiua: sed vt ē instrumentū diuine iusticie. sed sic nō plus pateretur ab igne in q̄tum est calidus q̄ ab aere. ideo dicēdū est q̄ ignis affligit spūm in q̄tum calidus. et eodē genere ē afflictiuū quo affligit sensus. **C**ontra tertiā conclusionē arguit aureolus probando q̄ miseria dānatorum p̄cipalius formalis et essentialis consistat in displicētia d̄ deo eterna: q̄ in carētia diuine visionis vel in afflictione penali. p̄mo sic. in illo actu cōsistit infelicitas dānatorum: q̄ est summū malum illorum. patet quoniā sicut felicitas est summū bonū formale beatorū sic infelicitas dānatorum est summū malum formale illorū. et sicut felicitas beatorū consistit in summo eorū bono essentialiter: sic infelicitas dānatorū in summo eorū malo. sed malignari diuinitate siue displicere de diuinitate quod idem est: est summe malū formale dānatorū et maius q̄ non videre diuinitatē. probatur. q̄ non vide

re diuinitatē vt sic non habet rationē detestabilis et culpe. vt for̄metur sic ratio. illud quod habet maiorē rationē detestabilis et fugibilis: habet maiorē rationē mali ad porētā cui inest. sed displicere de diuinitate habet rationē detestabilis et fugibilis plus incōparabiliter q̄ non videre deum. q̄ non videre deū est tantūmodo malum non vidēti. sed displicere et odiuz illud sunt actus q̄ q̄tū est d̄ se p̄narēt diuinitatē si possent. omnis enī qui odit alium q̄rum est de se vellet illū non eē. et ideo odire diuinitatē: est velle non esse diuinitatē. **C**onfirmatur hoc ex diffinitio ne felicitatis quā ponit aristoteles p̄ ethi. dicens q̄ est opatio hominis fm̄ maximū bonū eius in vita p̄fecta. ergo per oppositū infelicitas est opatio fm̄ maximū malū hominis i vita imp̄fectissima. sed nulla est opatio q̄ consistat in tanta detestabilitate et habituali malo: q̄ illa que est abominatio et displicētia diuinitatis. ergo et c. **C** 2°. sic. beatitudo et infelicitas opponunt. tūc sic. maior est oppositio inter actus contrarios positie q̄ inter actū et p̄uationē eius. et ideo maior malū est illud quod opponit bono cōtrarie: q̄ illud quod opponitur p̄uationē tantūmodo. patet enī q̄ p̄us est iniuste agere: q̄ soluz non agere iuste p̄uationē. sic ergo cū infelicitas consistat in malo maxime opposito beatitudinis: oportet q̄ consistat i actu opposito contrarie: non actu opposito p̄uationē. s̄ beatitudo cōsistit i actu visionis fm̄ aliquos: vel fm̄ alios et melius i vltima cōplacētia diuinitatis q̄ est delectatio q̄dam vltimata d̄ deo viso. oppositū autē visionis: nullum est nisi oppositum p̄uationē puta non videre. opposituz autē cōplacētie cōtrarie est ip̄a displicētia. ergo i illa maxime consistit infelicitas. **C** 3°. sic. beatitudo consistit in q̄tatione vltimi finis. sed in q̄tatio in diuinitate non est aliud q̄ displicētia de illa. probatur. q̄ per opposituz q̄tatio est summa cōplacētia in illa. ergo infelicitas dānatorū consistit in quadā displicētia vltimi finis et p̄ consequens diuinitatis. ista autem displicētia non est aliud q̄ odire deū et displicere i eo. hec aureolus



Quantum ad ar

ticulum tertium p̄mo notandū est prout ex dictis. **S.** Tho. accipitur. p̄. 2°. q. 35. ar. p̄. 7. 2°. q̄ delectatio et dolor ad appetituz p̄tinent. omnis autē motus appetitiuus seu inclinatio consequēs app̄hensionē: p̄tinet ad appetitū intellectiū vel sensitiū. nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur app̄hensionem

ipius appetentis: sed alterius. s. datoris nature. delectatio vero et dolor presupponunt in eodem subiecto sensum vel apprehensionem alicuius: vel nocui aut disconuenientis: sicut est dolor: vel conuenientis sicut est delectatio. unde dolor non est passio corporis nec subiectine est in corpore: quous causa ipsius in corpore sit. s. lesio vel aliquod aliud corporis nocuum aut disconueniens. sed motus doloris semper est in anima. non enim corpus doli re potest nisi dolente anima. item nec dolor est actus virtutis sensitivae apprehensivae: quous ad dolorem requiratur apprehensio lesionis vel nocui aut disconuenientis per virtutem aliquam cognoscitivam. s. est actus vel motus ut premissum est appetitus vel sensitivi vel intellectivi sicut quod dolor ex duplici apprehensione causari potest prout. S. Doc. dedit ubi supra. ar. 2. s. vel ex apprehensione exterioris sensus: vel ex apprehensione interioris sive intellectus sive imaginationis. interior autem apprehensio ad plura se extendit quam exterior. eo quod quous cadunt sub exteriori apprehensione: cadunt sub interiori sed non e converso. veruntamen sicut ex visu loquendi illa delectatio que ex exteriori apprehensione causatur: delectatio nominatur: illa vero que ex apprehensione interiori causatur gaudium appellatur: ita et ille solus dolor qui ex apprehensione interiori causatur: tristitia nominatur. qui vero causatur ex exteriori apprehensione: communi nomine appellatur dolor. unde tristitia est quousdam species doloris sicut et gaudium delectationis capiendum dolorem communiter pro actu vel motu appetitus causato ex apprehensione generaliter alicuius nocui. et sic capit dolorem apostolus. ro. 9. dicens. tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo: pro eodem utens tristitia et dolore. si tamen dolor capiatur pro motu appetitus causato ex apprehensione exterioris sensus vel nocui coniuuncto presenti: sic dolor ex opposito distinguitur contra tristitiam sicut distinctionem apprehensionis interioris et exterioris. horum autem dolorum interiorum qui alias dicitur dolor cordis: est maior et grauior tam ex parte cause quam ex parte apprehensionis prout. S. Tho. dicit. p. 2. loco supra allegato ar. 7. ex parte quous cause: quous causa doloris exterioris est malum coniuunctum quod repugnat corpori. causa autem interioris doloris est malum coniuunctum quod repugnat appetitui. ex parte vero apprehensionis: quous dolor exterior sequitur apprehensionem interiorem vel imaginationis vel etiam rationis. cum itaque dolor interior repugnet directe et per se appetitui dolor autem exterior repugnet appetitui non p-

se sed quia repugnat corpori: sequitur quod ex parte cause dolor interior sit maior quam exterior. nam id quod est per se est prius et melius in bonis et peius in malis eo quod est per aliud. similiter etiam ex parte apprehensionis dolor interior est maior. nam apprehensio rationis et imaginationis est aliorum quam apprehensio sensus tactus. unde simpliciter et per se loquendo dolor interior grauior est dolore exteriori. veruntamen quando dolor exterior est cum dolore interiori: tunc dolor augetur. quous ergo in dante uterque dolor coniungitur: ideo grauius est dolor dante orationi.

Secundo Notandum est quod obiecta sensuum sunt ipsa sensibilia extra sensus existentia habentia esse reale et naturale in vniuersitate rerum. et ista sensibilia sunt que a sensibus per se et directe percipiuntur: quous medium quo ipsa percipiuntur et apprehenduntur a potentibus sensitivis sit species et similitudo cuiuslibet sensibilis quam sensus immediate recipiunt: et qua mediante feruntur in ipsa sensibilia tanquam in propria obiecta. licet enim species albedinis intentionaliter pueniat ad organum et ad ipsum sensum visus: non tamen cognitio et iudicium potentie visivae fertur in ipsam albedinis specie: sed in albedinem realiter extra oculum existentem. unde et percipit gradum intensiōnis eius et ipsius extensionem ac magnitudinem et figuram supra quam fundatur: quous species predicta albedinis in visu recepta intentionaliter illas condiciones non habeat actu. et idem dicendum est in singulis sensibus. non enim sensus auditus iudicium et cognitio fertur directe et per se in speciem soni aut vocis quam immediate recipit et a qua imutatur intentionaliter: sed per sonum et vocem extra auditum in rerum natura existentem cuius est ipsa species et quam representat. et idem est circa intellectum. qui licet speciem rei intelligibilis primo et immediate recipiat: eius tamen cognitio et iudicium per se et primo ac directe non fertur supra ipsam speciem receptam: sed supra rem intelligibilem extra intellectum existentem per speciem representatam. et ratio generalis est quous omnis potentia sive sensitiva sive intellectiva: primo et per se ac directe fertur in proprium obiectum quod non est species vel similitudo que in sensu vel in intellectu recipitur subiective: sed res ipsa representata. non enim obiectum visus dicitur species coloris sed ipse color: et sic de ceteris obiectum namque est quod primo per se et directe terminat actionem potentie. Ex quibus inferimus quod cum motus vel actus aut passio appetitus cau-

setur ex apprehensione et perceptione ac iudicio virtutis cognitiue et ipsum necessario presupponat: primo et directe fertur in ipsas res apprehensas et cognitas tanquam in propria obiecta potentie cognitiue: non in species vel similitudines rerum in vi cognitiua intentionaliter et immediate receptas. vnde et philosophus. 6. metha. ponit bonum et malum esse differentias appetibiles eo quod sint condiciones rerum in esse reali et naturali existenti circa quas versatur potentia appetitiua. neque enim appetitus dolet aut tristatur nec delectatur de specie coloris vel soni intentionali sed de ipso colore aut sono in rerum natura existente quorum sunt ipse species. et circa etiam sensum tactus non dolet aut tristatur appetitus nec delectatur de specie obiecti tangibilis conuenientis vel disconuenientis: quam sensus tactus intentionaliter recipit: sed de ipso obiecto tangibili conuenienti vel disconuenienti extra sensum tactus existente. nam hoc est quod sensum tactus offendit et ledit aut demulcet et inuauat. et ideo bonum vel malum quod tactui infert: quid reale est non apparens aut similitudinarium quemadmodum ignis pictus ut quidam obijciunt: quibus non inferatur secundum naturalem corporis vel organi immutationem. ¶ Aduertendum tamen quod quia obiecta sensus tactus sunt qualitates quibus corpus animalis et organa sensuum constant et conseruantur ac etiam corrumpuntur: dupliciter possunt dici conuenientia vel disconuenientia sensui tactus. vno modo respectu nature corporum et organorum. ex eo enim quod sensus tactus est aptus natus apprehendere et percipere qualitates tangibiles et quibus ut dictum est conseruatur et etiam corrumpitur corpus animalis: habet sensum et perceptionem earum prout sunt conuenientes vel disconuenientes aut nocive nature corporis propter quod ut sanctus thomas dicit de veri. q. 26. ar. 3. in. cor. tactus appellatur sensus eorum ex quibus componitur animal et per quod corrumpitur. Alio modo possunt dici tangibilia conuenientia vel disconuenientia sensui tactus secundum rationem talis potentie in quantum. scilicet conueniunt vel disconueniunt proportioni et armonie sensus tactus quod habet respectu proprii obiecti. et iste modus secundus conuenientie vel disconuenientie est magis proprius sensui tactus eo quod est ipsius potentie in ordine ad proprium obiectum. ac per hoc magis directe et primo et per se apprehenditur a sensu tactus quam primus modus. ex quo fit ut apprehensio et cognitio sensus tactus semper sit cum perceptione conuenientie vel dis-

conuenientie secundo modo dicte: sed non semper cum perceptione primi modi: quemadmodum in danna tis post resurrectionem communem.

Tertio Notandum est prout sanctus thomas dicit de veritate. q. 26. ar. 5. in. cor. quod quia passio proprie accepta est cum quadam abiectioe prout patiens a contraria qualitate transmutatur in contrariam ampliatum nomen passionis secundum visum loquentium ut qualitercumque aliquid impediatur ab eo quod sibi competit: pati dicitur. ut si dicamus graue pati ex hoc quod prohibetur ne deorsum moueatur. et hominem pati si prohibeatur suam facere voluntatem. huiusmodi autem impedimentum: dupliciter potest contingere. vno modo ex improportione et disconuenientia obiecti sensibilis: et secundum istum modum tam sensus tactus quam ceteri omnes dicuntur pati ab obiecto improportionato et disconuenienti: circa quod sensus non potest habere in actu suo illam perfectionem ad quam eius virtus se extendit. nam cum obiectum sit motuum potentie et reducens potentiam ad actum conuenientem sue virtuti: si obiectum mouens sit illi disconueniens et improportionatum: non poterit actum proportionatum sue virtuti elicere. vnde quod sensus isto modo impeditur a sua perfecta operatione: pati dicitur passione pro predicta. Alio modo contingit impedimentum in operatione sensus ex lesione organi corporalis: et isto modo pati possunt omnes potentie que habent esse in organo corporalibus. nam cum he potentie vtantur organo corporalibus ad proprias operationes: necesse est quod ad defectum organorum sequatur defectus in sensuum actionibus. ac per hoc ex lesione vel nocumeto organi patitur sensus impedimentum proprie operationis. isto etiam modo patitur quibus indirecte potentie organo corporalibus non vtentes sicut intellectiue: secundum quod accipiunt ad proprias operationes a potentibus organo vtentibus. contingit namque quod lesio organo virtutis imaginatiue intellectus operatio impediatur: eo quod intellectus indiget phantasmatibus ad suam operationem. isto etiam modo passionis ex lesione vel nocumeto corporis: speciali quadam ratione pre ceteris sensibus patitur sensus tactus pro eo quia apprehendit et percipit ipsam corporis lesionem vel nocumetum quod alij sensus non percipiunt. ut enim dictum est supra: sensus tactus est sensus. id est habet sensationem eorum ex quibus componitur animal et per que corrumpitur. et ideo eius est lesio et nocumetum corporis sentire: ex cuius apprehensione causatur in appetitu sensitiuo dolor corporalis. quod non solum dicitur cor-

et odor fetidus est olfactui penalis et illū offendit et figure horribiles offendūt et cruciat visum: cū tamen voces dissonenec odor fetidus nec facies horrida afficiāt suis qualitatib⁹ predictos sensus naturali imutatione. sicut enī odor fetidus nō facit fetidū olfactū nec vocū dissonantia sensum auditus formaliter absonū nec figura horribilis sensum visus facit horridū et tamē penā et cruciatuz suis potētis ingerūt: ita et ignis calidissimus corporib⁹ et tactui opposit⁹ sensuz tact⁹ offendit et cruciat: nō illū vel ipsius organū exurēs aut calefaciens: sed quia ē illi improporcionat⁹ et discōueniens ac horridus tanq̄ armonie et tēperamento sue virtutis offensiu⁹. sentit nāq̄ ipsius calorē intensissimū et suo tēperamēto plurimū discōueniens: ac p hoc et sue cōueniētis opationis impeditiuum. vt enī premissum ē in tertio notabili: qualitercūq̄ aliqd impedit ab eo qd sibi cōuenit: patif. Predicta rōni ad penā dānatoz accedit q̄ ex ordinatione diuine iusticie: tātū infert crudat⁹ et doloris ignis infernalis dānatis hominib⁹: quantuz eis inferret si eoz corpa exurēdo torq̄ret. vñ si q̄ sequēs imaginationē fm ea q̄ vident in hoc statu nō satis cōprehēdat q̄ ignis inferni sola imutatione spūali possit inferre dānatis hoib⁹ tā acerbissimā penā corporalē quāta in ecclesia predicatur adiūgat premissis q̄ pena et cruciatuz dānatoz ordinatione diuine iusticie eis irrogat ppter eoz demerita. vnde volūate et dispositione dei: tantus dolor et cruciat⁹ acetiā supercedēs pōt illis inferri ab igne p solā actionē et imutationē spūales quātus inferri posset p imutationē naturalē calefaciēdo et exurendo. nā et naturaliter non est minoris efficacie ad causandū dolorē acerbissimum apprehensio aīalis q̄ fit p imutationem sensuū spūritualē: q̄ ea q̄ fit p imutationē corpis materialē. imo est plerūq̄ maioris. put in pmo notabili deductuz fuit. Scit ad ista qd. S. Tho. dicit in hac dis. q. 3. ar. 2. ad 3^m. ignis inquit ille erit instrumentum diuine iusticie puniētis. instrumentū autēz nō solum agit in virtute ppria et p ppiū modū: sed etiā in virtute pncipalis agētis et fm q̄ est regulatū ab eo. vnde quāuis ignis fm ppiam virtutē non habet q̄ aliquos cruciat magis vel minus s̄z modū peccati: habet tamen hoc fm q̄ eius actio modificat ex ordine diuine iusticie. hec ille.

Quinto Notandū est q̄ vt lat⁹ fuit deductuz. li. 2^o. dis. 2. q. p^a. sub notabili pmo: qd sc̄tus thomas dicit subaz incorporeā vt angelū vel aīam humanā esse in loco nō p essentiā sed p opationē: debet intelligi nō q̄ ipsa essentia rei incorporee presentialiter nō sit

ctu vniuersalis creature ex iure creationis, sed in ipso fm humanā naturam: est auctoritas dominij quam p passionē pmeruit: et est quasi auctoritas secundaria et acquisita: sed prima est naturalis et eterna. Ad secundū respondet q̄ quāuis xp̄s fm q̄ homo nō habeat a se inuincibilē potestatem ex naturali virtute humane speciei: tū ex dono diuinitatis etiā in humana natura habet inuincibiles potestātē fm q̄ omnia sunt subiecta pedib⁹ eius vt dicit p̄ Cozin. 12. et Hebreoz. 2. et ideo iudicabit quidē in humana natura: sed ex virtute diuinitatis. Ad quartuz respondet q̄ in illa visione danielis manifeste exprimitur totus ordo iudicarie potestatis. q̄ quidē sicut in p̄ma origine ē in ipso deo et specialius in patre qui est fons totius diuinitatis. et ideo p̄mo p̄mittit q̄ antiquus dieruz sedit. sed a patre iudicaria potestas traducta est in filium nō solū ab eterno fm diuinā naturā: sed etiam in tpe fm humanā in q̄ meruit eam. et ideo subiungit in visione predicta. ecce cū nubibus celi quasi filius hominis veniebat et vsq; ad antiquum dierum puenit et dedit ei potestatem et honorem et regnuz. hec sanct⁹ thomas in p̄mo opere. In secūdo vero opere. 3. p. q. 59. ar. 2. in cor. potestātē iudicandi quā xp̄s habet: deducit ⁊ fundat in auctoritate illa ioā. 5. potestātē dedit. s. pater ei. s. filio iudicium facere qz filius hominis est. ex qua auctoritate satis constat q̄ auctoritas iudicandi in christo fm humanam naturam: non ē primaria sed secundaria et a diuinitate deriuata. Item in eadem questionis decisione sic ait. sciendum tamen q̄ quāuis apud deum remaneat prima auctoritas iudicandi: hominibus tamē cōmittitur a deo iudicaria potestas. Et infra. sicut enim inquit deus per causas medias tanquā propinquiores effectibus cooperatur: ita iudicat per hominem christum homines vt sit suauis iudicium hominibus. Et in responsione ad. 3^m. dicēdū inquit q̄ cognoscere occulta cordium et diiudicare: pertinet per se ad solum deum. sed ex refluentiā diuinitatis ad animam christi: conuenit etiam ei cognoscere et iudicare occulta cordium. et ideo dicitur Ro. 2. in die cum iudicabit deus occulta hominum per iesum christuz. hec sanct⁹ thomas. Ex quibus omnibus allegationib⁹ manifeste apparet q̄ sanctus thomas nequaquā tribuit christo fm humanam naturam auctoritatem seu potestatem iudicandi viuos et mortuos p̄maria: s̄ secundaria t̄rimodo ⁊ p̄ cōmissionē a dō. s. tota trinitate.

¶ Secundo Notādum est q̄ non ē idem dictu xp̄o compete rit potestas iudicandi viuos et mortuos in hūa-

na natura: et dicere xp̄o competit fm humanam naturam potestas iudicandi viuos et mortuos. nam ad veritatem prime locutionis sufficit q̄ potestas iudicandi competit christo habenti humanam naturam et in ea in iudicio apparenti. sed ad veritatem secūde p̄positionis nō solum id exigit sed etiam q̄ humana natura sit xp̄o causa vel ratio habendi potestatem iudicandi. multe nāq; p̄positiones verificantur de xp̄o primo modo: que secundo modo nō sunt vere. verū enim est dicere xp̄s in humana natura vel habens humanā naturā creat animas quotidie ⁊ est vbiq; ac gubernat mundū. sed verū nō est dicere q̄ christus fm humanā naturam vel fm q̄ homo sit vbiq; vel creat animas aut gubernat mundū. quoniam humana natura non est causa seu ratio formalis quare huiusmodi actus xp̄o conueniant. vnde circa p̄mū modum loquendi nulla versatur dubitatio inter doctores. sed questio est circa secundū modū loquendi. Verum quia vt dictum fuit notabili p̄cedente christo data est potestas iudicaria quasi cōmissaria aut delegata per quem modum non cōuenit ei fm diuinā naturā in qua est patri equalis et habet eandem numero potestatem ex rōne sue nature diuine cum patre ⁊ spiritu sancto: ideo oportet dicere q̄ potestas iudicaria secundaria et quasi delegata competit christo fm humanam naturam. quod multis auctoritatibus et rationibus astrui potest: e quib⁹ aliquas auctoritates sacre scripture cum expositionibus sanctorū doctorum hic afferemus. Prima est illud ioannis. 5. et potestatem dedit ei iudicium facere quia fili⁹ hominis ē. vbi interlinearis dicit. filius hominis habet potestatem iudicij vt et a malis possit videri. et notandum q̄ aduerbium quia: designat rationem date potestatis. vnde dicta verba augustin⁹ pertractans super ioānem ait. quia verbum caro factum est ex virgine maria: homo factus: fili⁹ hominis est. et quia filius hominis est: accepit potestatem iudicium facere quod. s. erit in fine seculi. Secūda auctoritas est illud Abathe. 2. 5. cū venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedes maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes ⁊ separabit eos ab inuicēz sicut pastor segregat oues ab hedis. que verba exponens hieronimus inqt. post bīduum quidem pascha facturuz et tradendus cruci et illudendus ab hominibus: recte promittit gloriā triumphantis. hec ille. vbi gloriā triumphantis appellat aduentum filij hominis ad iudicium in maiestate sua de quo ad litteram loquitur textus. vnde sicut verificatur fm humanā

Distinctionis. xlvj. xlvij. xlvij.

naturam quod dicitur post biduum pascha factus et tradendus cruci et illudendus ab hominibus: ita et secundum humanam naturam capiendum est quod dicitur. permittit gloriam triumphantis. scilicet aduentum filii hominis ad iudicium in maiestate sua et cetera. Tertia auctoritas est mathei ultimo ubi Christus ipse dicit. data est mihi potestas in celo et in terra. ubi glossa dicit. hoc non de coeterna patris diuinitate sed de assumpta dicitur humanitate. Cui consonat hieronimus dicens. illi potestas data est qui paulo ante crucifixus qui sepultus in tumulo qui postea resurrexit. cum autem crucifixus sit et sepultus secundum humanam naturam: consequens est quod et secundum humanam naturam data est sibi potestas in celo et in terra. potestatem autem consequitur iudicandi facultas secundum illud apostoli I Ro. 13. vis non timere potestates: bonum fac. si autem malum feceris: time. non enim sine causa gladium portat. dei enim minister est vindicis in iram et qui malum agit. Est etiam ad idem auctoritas apostoli. I Ro. 14. ubi cum apostolus diceret. in hoc enim Christus mortuus est et resurrexit ut uiuorum et mortuorum dominus esset: subiungit. tu autem quid iudicas fratrem tuum. omnes enim stabimus ante tribunal Christi. in quibus verbis satis accipitur quod apostolus ea ratione tribuat Christo tribunal quod est sedes iudicij: quia per hoc quod mortuus est et resurrexit: uiuorum et mortuorum dominus naturam humanam et non quod ad diuinam: sequitur quod secundum naturam humanam sibi competat tribunal iudicij. Rationes autem quamplures id attestantur quas sanctus thomas assignat in primo et secundo opere locis pro conclusione allegatis quas non erit opus hic recitare.

Tertio Notandum est quod voluntas dicitur libera eo quod non necessitatur prout. S. Tho. docet de veritate. q. 22. arti. 6. unde sicut duplex est necessitas una coactionis et alia naturalis ordinis vel inclinationis ita duplex est libertas voluntatis. una a coactione et hec est propria voluntati in quantum est voluntas ac per hoc ipsam consequitur in omni statu nature et respectu cuiuslibet obiecti. est enim contra rationem voluntatis cogi. nam aliquid cogi prope loquendo: nihil aliud est quam violentiam sibi inferri. violentum autem secundum philosophum. 3. ethicorum est cuius principium est extra nihil coherentem passo uim. cum autem voluntas ex sui ratione sit quedam inclinatio et appetitus quidam: omnis eius actus ex ipsius inclinatione procedit. nam sicut dicitur aliquid naturale quia est secundum inclinationem nature ita dicitur aliquid voluntarium quia est secundum incli-

nationem voluntatis. unde non potest contingere quod voluntas aliquid velit: et quod inclinatio eius id non feratur. et per consequens non est possibile quod ad illius uolitionem voluntas nihil conferat. ac per hoc quod talis eius actus sit coactus et violentus secundum premissam descriptionem violenti. sicut enim est impossibile quod aliquid simul sit violentum et naturale: ita est impossibile quod aliquid simul sit coactum et voluntarium. Alia est libertas qua uoluntas dicitur libera a necessitate naturalis ordinis vel inclinationis. et ista non est propria uoluntati in quantum est voluntas: eo quod ipsa uoluntas ad aliquid necessitatur naturali ordine et ex naturali sua inclinatione prout adducit. S. Tho. p. 1. q. 82. ar. 1. p. 1. Et p. 2. q. 10. ar. 1. p. 1. et 2. et in plerisque alijs locis. Neque huiusmodi libertas consequitur uoluntatem respectu quorumlibet obiectorum: sed tantummodo respectu eorum que sunt et ordinantur ut media ad finem: ad quem tamen necessarium ordinem aut connexionem non habent. et inde est quod huiusmodi libertas: diuine uoluntati non tribuitur circa proprium et per se uoluntatum quod est ipse. neque tribuitur uoluntati create hominis uel angeli respectu ultimi finis clare uisi. Falsum est igitur ut nonnulli opinantur quod uoluntas beati libera sit isto secundo modo libertatis ad amandum vel non amandum beatitudinem suam aut essentiam diuinam clare uisam. et multo minus ad imperandum intellectui beato ne. scilicet diuinam essentiam uideat aut contempletur. hoc patet. quia ut libro primo distinctione prima questione tertia notabili quarto deductum fuit: talis uoluntas moueretur ad id imperandum contra iudicium rationis: quod de uoluntate beata dici non potest. quoniam in patria ubi omnia consona sunt est perfecta potentiarum tranquillitas ita ut actus unius actui alterius non repugnet. Probatur assumptum. quoniam quia intellectus clare uidens essentiam diuinam iudicat rectissime diuinam essentiam esse summam et purissimam bonitatem: ac per hoc diligendam esse summe. et per consequens quod actus illam diligendi non sit suspendendus. Et confirmatur. quia uoluntas ad nihil mouetur nisi propositum sibi fuerit per rationem. nam bonum cognitum est proprium obiectum voluntatis. unde nisi per iudicium rationis proponeretur uoluntati ut bonum diuinam essentiam clare uisam non esse amandam vel actum illam diligendi esse suspendendum: uoluntas ad neutrum moueretur. cum autem non sit possibile intellectus beati tale iudicium ferre quia ut sic esset peruersum et per consequens non esset iudicium intellectus beati sed miseri et infelicis: se-

quitur q̄ voluntas nullo modo possit moueri v̄ ad non amandum essentiam dei clare visam : vel quod idem est ad suspendendū actum diligendi circa illam. et per eandem rationem nec imperare potest intellectui q̄ suspendat actum videndi essentiam diuinam sibi clare et immediate obiectaz seu propositam. nam talis voluntas non est beata sed misera et peruersa contra rectum rationis dictamen imperans.

Quarto Notandum est ad declarationem premissorum q̄ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 24. ar. 8. liberum arbitrium creature per gratiam potest confirmari in bono. quod quidē ex hoc apparet. p̄pter hoc enim naturaliter liberum arbitriū creature in bono confirmatū esse non potest : quia in sua natura non habet p̄fecti et absoluti boni rationez : sed cuiusdam boni particularis. huic autem perfecto bono et absoluto scilicet deo : liberum arbitriū p̄ gratiam vnitur. vnde si fiat p̄fecta vnio vt de ipse sit liberi arbitrii tota causa agendi : in malū flecti non poterit. quod quidem in aliquibus contingit et precipue in beatis. quod sic patet. voluntas enim naturaliter tendit in bonū sicut in suū obiectum. q̄ aut aliquando in malum tendat : hoc nō contingit nisi quia malum sibi sub specie boni proponitur. malum enī est inuoluntariū vt dicit Dionisius. 4. cap̄lo de diu. no. vnde nō p̄t esse peccatum in motu voluntatis. s. q̄ malum appetat nisi in apprehensiuā virtute defectus p̄existat per quem sibi malum p̄ponitur vt bonum. hīc autē defectus in ratione potest accidere dupliciter. vno modo ex ipsa ratione. alio modo ex aliquo extrinseco. ex ipsa quidē ratione : quia inest ei naturaliter et immutabiliter sine errore cognitio boni vniuersali : tā boni quod est finis q̄ boni qd̄ est ad finem. non autē in particulari sed circa hoc errare potest vt existimet aliquid esse finem quod nō est finis : vel esse vtile ad finem quod nō est vtile. et p̄pter hoc voluntas et naturaliter appetit bonū qd̄ est finis. s. felicitatē in generalit̄ : et similiter bonū qd̄ est ad finē. vnusquisq̄ enī appetit naturalit̄ vtilitatē suā simpliciter. s. in hoc vel in illo fine appetēdo aut hoc vel illo fine vtili eligēdo : incidit peccatum voluntatis. Ex aliquo autem extrinseco rō deficit : cum propter vires inferiores que intense mouentur in aliquid : interruptitur actus rationis vt limpidie et seruenter suum iudicium de bono voluntati non p̄ponat. sicut cū aliquis habēs rectam estimationē de castitate seruanda : et per concupiscentiam delectabilis appetit contrarium castitati. p̄pter hoc q̄ iudicium rationis aliquantū

concupiscentia ligatur vt p̄s dicit. 7. ethi. Uterq̄ autē istoz defectū totaliter a beatis tollet ex cōiunctione ipsoz ad deū. nā diuinā essentia videntes : cognoscent ipsum deū esse finem maxime amandū. cognoscent etiam omnia q̄ ipsi deo vnūt vel q̄ ab eo disiungūt in particulari cognoscentes deum non solum in se sed p̄t est ratio alioz. et ex hac cognitionis claritate intantū mens corroborat q̄ in inferioribus virib⁹ nullus mot⁹ insurgere poterit nisi fm regulā rationis. vnde sicut nunc immutabiliter bonū in generali appetimus : ita immutabiliter in particulari bonū debitum appetit beatorum. p̄ supernaturālē autē inclinationē voluntatis erit eis charitas p̄fecta ligans eos cum deo. vnde nullo modo peccatū i eis incidere poterit. et sic erunt p̄ gr̄az confirmati. Ex quibus apparet falsitas dicentū q̄ contra libertatē voluntatis ē q̄ determinetur ad bene velle p̄ quēcūq̄ habitū inherētē sibi. imo vt. S. Tho. deducit. 2. 2. q. 24. ar. 1. in cor. habitū p̄p̄iū est vt inclinet potentia ad agendū quod cōuenit habitui : in q̄ facit aliquid videri bonū quod ei cōuenit : malum autē quod ei repugnat. sicut enim gustus diiudicat saporē fm suam dispositionē : ita mens hominis diiudicat de aliquo faciēdo fm suam habitualem dispositionem. vnde et p̄s dicit. 3. ethicoz q̄ qualis vnusquisq̄ est : talis finis videtur ei. hec sanctus thomas.

Quinto Notandū est q̄ circumstantie et gesta q̄ i iudicio generali concurrūt : nō sunt satis determinate et particulariter in sacra scriptura expressa. nam et de die vniuersalis iudicij domin⁹ dicit Abarci. 13. q̄ nemo scit neq̄ angeli in celo. et ideo tertia et quarta conclusio capiēde sunt tanq̄ p̄babiliter dicte et etiam p̄babilius q̄ earū opposite. verū tertia conclusio magnū videtur habere fundamentū in textu sacre scripture. p̄ Lōzin. 4. vbi apls reprehendēs eos q̄ de factis et dictis alioz iudicant : ait. itaq̄ nolite ante tēpus iudicare quo ad usq̄ veniat dñs qui et illuminabit abscondita tenebrarū et manifestabit consilia cordiū. non enī facerent hec ad p̄positum apli nisi illuminatio et manifestatio absconditoz et cordiū : futura esset in die iudicij non solū singulis quo ad se sed etiam quo ad alios. vnde et iter linearis super illud : illuminabit abscondita tenebrarū dicit. et quia tunc omnia nota omnibus : poterūt de se iudicare et de alijs. Cui consonat quod iōānes chrisostom⁹ dicit et habetur supra dis. 17. in littera dicens. nūc autē si recorderis peccatōz tuoz et frequenter ea in conspectu dei pronuncies et p̄ eis deprecēris : citius illa

delebis. si vero obliuisceris: tunc eorum recordaberis nolens quando publicabunt in conspectu omnium amicorum et inimicorum et sanctorum angelorum. Accedit et his auctoritatibus ratio satis probabilis quam sanctus thomas inducit supra dist. 43^a. loco per conclusionem allegato. nam ut inquit: sicut oportet quod iudex et assessor iudicis merita cause cognoscant ad hoc quod iusta sententiam proferant: ita oportet ad hoc quod iusta sententia appareat: quod omnibus sententiam cognoscentibus: innotescant merita et demerita singulorum. hoc autem fiet diuina virtute vel ad memoriam singulorum illa reducente si noticiam eorum habuit hic aliquando: vel si non habuit: nouam eorum noticiam mentibus singulorum ingerente.



Quantum ad ar

ticulum quartum respondendum est obiectionibus aduersariorum. Et quidem ad argumenta scoti contra primam conclusionem dicitur quod procedit ex falso vel ficto intellectu in scriptis sancti thome. unde non militat contra ipsius doctrinam sicut patuit in primo notabili. Ad argumenta eiusdem contra secundam conclusionem: ad primum dicitur quod si arguens loquitur de potentia secundum ordinem nature: prima propositio non est verum vera. nam anima intellectiua prior est naturaliter suis potentibus intellectiuis: et tamen non potest esse sine illis. et subiectum prior est naturaliter sua propria passione: et tamen ordine et potentia nature non potest esse sine illa. licet enim actus intellectus naturaliter prior sit actu voluntatis et quandoque possit sine illo esse: verum tamen quando voluntas ab obiecto intellectus necessitat ad actum: non potest esse via nature quod actus intellectus sit qui sequatur voluntatis actus. et de hoc satis fuit dictum in tertio et quarto notabili. si autem arguens loquitur de potentia dei absoluta: argumenta eius non militant contra nostram conclusionem quam non intelligit de potentia dei absoluta. ut dictum fuit libro primo dist. 9. q. 3. in quarto notabili. Ad 2^m. dicitur quod ratio sancti thome per conclusionem non solum probat de aptitudine: sed etiam de actu. ut ex tertio et quarto notabili apparet. unde falsum arguens assumit nec illud probat. Ad 3^m. respondet magister durandus quod expositio arguentis ad illud iohannis 17. hec est vita eterna et cetera: est absurda et periculosa in fide. nam si nomine vite eterne non designatur nisi actio vitalis eterna et non beatitudo ipsa: tunc dici potest quod damnati habebunt vitam eternam quia habebunt aliquam operationem vitalem eternam puta dolorem vel tristitiam mentalem de amissione beatitudinis et de afflictione corporis pignere. cui dicto contradicit scriptura

sacra ab abathe. 2. que vitam eternam promittit solis bonis dicens. ibunt hi. scilicet mali in supplicium eternum iusti vero in vitam eternam. hec durandus. Et certe arguens deceptus est putans quod eadem significatio sit nominis in vi vniuersalis dictionis assumpti: quasi significat si accipiat secundum partes. et quod vita eterna secundum partes et in vi diuersarum dictionum non aliud significat quam operationem vitalem eternam quam potest competere et bonis et malis et beatis et damnatis: existimauit quod etiam in vi vniuersalis dictionis secundum quod beatitudo sola dicitur vita eterna ex verbo sacre scripture et sanctorum doctorum: conueniret cuilibet operationi vite si maneat in eternum. hoc autem est falsum et ex falsa imaginatione pueniens. nam in diuinis patet spiritus et filius est spiritus quod deus spiritus est ut dicit iohannes 4^o. ite et pater est sanctus et filius est sanctus: et tamen hoc nomen spiritus sanctus in vi vniuersalis dictionis: est nomen proprium soli persone que procedit a patre et filio secundum omnes sanctos et doctores communiter. ita ut hec sit falsa. pater est spiritus sanctus et filius est spiritus sanctus sumpto nomine ex verbo loquentium in vi vniuersalis dictionis. Ad ea que idem scotus arguit secundo loco dicitur ad primum primo quod minor propositio est falsa tam in naturalibus quam in supernaturalibus. nam omnis virtus et vniuersaliter omnis habitus determinat potentiam respectu actus. unde et philosophus 2^o. ethice. potentiam dicit qua possumus: habitum vero quo taliter possumus. habitus enim virtutis determinat potentiam ad bene operandum: malus vero ad malum. Respondet secundo quod argumentum supponit falsum. scilicet quod habitus qui est lumen glorie in patria et necessitat voluntatem ad fruendum deo sit posterior voluntate. hoc autem falsum est. immo respectu obiecti voluntatis in patria et respectu ipsius actionis: lumen glorie prius est voluntate. nam per lumen glorie potentia intellectus beati videt diuinam essentiam et proponit eam ut proprium obiectum voluntati. arguens autem procedit in argumento tanquam si omnis habitus esset posterior omni potentia quod minus docte dicitur. licet enim habitus sit posterior natura potentia quam informat nihilominus potest alias potentias procedere. Ad 2^m. dicitur quod quantumcumque beata virgo habuerit in via maiorem charitatem quam alij sancti: non ostendebat beate virgini diuinam essentiam clare visam. nec in patria charitatis est diuinam essentiam aperte manifestare: sed lumen glorie. unde ex perfectione charitatis et presertim in via non potest inferri clara visio diuine essentie que est prima causa necessitandi intellectum ad fruendum deo. unde in argumento committitur fallacia secundum non causam ut causam. Ad 3^m. dicitur primo quod assumptum est fal-

sum in pposito nro. qm̄ voluntas non p̄t impe-
rare vel nō imperare aliquid nisi sibi proponatur
ab intellectu vt bonū quod ab intellectu beato cō-
tingere non p̄t in patria. sic respōdet sanct⁹ tho-
mas ad simile argumentū de veri. q. 24. arti. 8.
ad. 2^m. quod erat tale. in potestate liberi arbitrij
est vti gratia vel non vti: nā liberū arbitriū a gra-
tia cogi non p̄t. sed si liberū arbitriū gratia sup-
infusa nō vtī: cedit in malū. ergo nulla gratia su-
perueniēs p̄t liberū arbitriū cōfirmare in bono.
ecce argumentū: sequit̄ respōsio. ad secundū dicen-
dū q̄ in potestate liberi arbitrij est nō vti habitu
cum p̄t hoc ipm̄ quod ē nō vti habitu sibi pponi
sub specie boni: quod de gratia in beatis accidere
non p̄t. hec sanct⁹ thomas. Dicit̄ secūdo q̄ posi-
to licet non cōcesso q̄ volūtas posset nō impera-
re vifionez diuine essentie supposito lumine glorie
et obiecto presente: postq̄ tamē imperat illam ⁊
intellect⁹ pponit volūtati diuinā essentiā esse sū-
mum bonū: nō p̄t voluntas illā non amare. put
extertio ⁊ quarto notabili aparet. et in hoc casu
loquit̄ nostra cōclusio. ¶ Ad. 4^m. dicit̄ q̄ quicqd
sit de quibusdā ppositionib⁹ in eo assumptis nam
non sunt vsq̄quaq̄ vere: et tamē argumentū nō
militat cōtra nr̄am cōclusionē. quia nō aliud con-
cludit nisi q̄ de potētia dei absoluta et nō de ordi-
nata: potest volūtas non diligere essentiā diuinā
clare vifam. et hoc nos cōcedimus sicut dicitur su-
it in respōsione ad primū primo loco cōtra hanc
secundā cōclusionē. ¶ Ad. 5^m. dicit̄ q̄ assumptum
est falsum neq̄ valet eius p̄batio. tum quia habi-
tus quo volūtas necessitat̄ ad amandū diuinam
essentiā dare vifam: nō est sibi inherēs nec su⁹ ha-
bitus: sed est habit⁹ intellect⁹. s. lumen glorie faci-
ens diuinā essentiā dare videri. tum etiam qz etiā
de habitu informāte voluntatē est falsa propo-
sio prout ex quarto notabili est manifestū. ¶ Ad
6^m. dicitur q̄ procedit ex falso supposito. nō enim
sanct⁹ thomas assignat rationem quā arguēs idu-
cit ad pbandū cōclusionēz vt arguens fingit sicut
patet in locis p̄ conclusionē allegatis et extertio
et quarto notabili. ¶ Neq̄ est simile quod in argu-
mento inducitur de forma celi: qm̄ in materia celi
non est potētia ad aliā formā sicut vifum fuit in se-
cundo libro. et inde est q̄ materia celi non p̄t na-
turaliter alia forma informari. sed intellectus bea-
tus licet videat diuinā essentiā: non ideo tollit̄
aut minuitur eius potētia ad hoc q̄ ab alijs obie-
ctis informetur et pficiatur. vnde intellectus bea-
tus non solum cognoscit diuinā essentiā: s̄ mul-
ta alia de creaturis etiam p̄ aliam cognitionem.
¶ Ad argumenta godofredi contra eandē conclu-

sionem: ad primū dicitur q̄ non militat p̄tra nos
qui tenem⁹ q̄ deus de potētia absoluta p̄t suspē-
dere actū voluntatis manēte aperta vifione. no-
stra aut̄ conclusio intelligit̄ q̄^m est ex parte natu-
re rei. s. voluntatis beati. ¶ Ad. 2^m. dicit̄ q̄ capiē-
do beatitudinē sicut arguēs capit: nō est ad p̄posi-
tum n̄e cōclusionis q̄ loquit̄ de p̄fecta ⁊ simplici-
ter beatitudine qualis est in p̄ria. ¶ Ad argumē-
ta bernardi et durādī cōtra eandē cōclusionēz di-
citur q̄ non militant cōtra nos quia p̄cedūt d̄ po-
tentia dei absoluta s̄m quā non obsistūt nobis q̄
idipsum tenem⁹. ¶ Ad argumēta durādī contra
tertiā cōclusionē: ad primū dicit̄ q̄ assumptū ē fal-
sum. non enīz sufficeret saltē nō satisfaceret plene
cōsciētis existentiū in iudicio si cōfusa cognitione
p̄ hoc q̄ quidam sunt a dextris et quidā a sinistris
cognoscerēt rectitudinē diuine sentētie q̄^m est ex
parte rei. vnde pbabilius dicit̄ q̄ nō soluz noticia
confusa et in generali sed noticia in particulari et
p̄ certitudinē cognoscerēt om̄es sentētia iudicis ius-
tam et rectissimam: singuloz merita et demerita
cognoscētes. ¶ Ad. 2^m. dicit̄ q̄ quāuis non sit au-
toritas sacre scripture q̄ in forma verborū illud
dicat expresse: est tamē auctoritas sacre scripture
q̄ recte intellecta illud p̄bet sicut aparet ex quin-
to notabili. ¶ Ad argumēta durādī cōtra quar-
tam cōclusionē dicit̄ q̄ vt tactū fuit in quinto no-
tabili: non p̄t p̄ certo diffiniri de circūstantijs eo-
rum q̄ in iudicio generali facta et dicta erūt: eo q̄
sacra scriptura aut certa dei reuelatio nos nō do-
cuit expresse de singulis. et ideo cōtra diuersa opi-
nionē magis tamē verissimile est q̄ sentētia p̄fere-
tur mentaliter sicut et meritoz ac demeritozū dis-
cussio. q̄ augu⁹ tenet. 2^o. de ciuitate dei. vnde qz
arguēs de discussione tenet q̄ fiet mentaliter: si p̄-
prie debeat fieri coaptatio: rationabili⁹ est q̄ sen-
tētia p̄ferat̄ mētaliter. neq̄ oportet q̄ sentētia illa
p̄feratur more iudicū humanoꝝ qui sicut accusa-
tio et testificatio in causis sūt vocaliter: ita ⁊ sen-
tentiā ferunt vocaliter. in generali tñ iudicio ac-
cusatio et testificatio ac defensio erit mētalīs. s̄m
illud apli 1Ro. 2. testimoniū illis reddēte consciē-
tia ipsoꝝ ⁊ inter se inuicē cogitationū accusantiū
aut etiā defendentiū in die cū iudicabit dñs occul-
ta hoim. idcirco rationabili⁹ dicit̄ q̄ sentētia p̄fere-
tur mētaliter. nec oportet q̄ sentētia coaptet̄ his
cōtra quosdā: sed magis accusationi et meritis
cause. ¶ Ad argumētū ante opposituz respondet
S. Tho. dif. 48. hui⁹ quarti. q. p̄. ar. 3^o. ad. 3^m. q̄
verbum augustinū est intelligendū quando id q̄
apprehendit̄ per intellectū p̄cedentē: est bonuz

per participationē et nō p essentiaz sicut sunt oēs creature: eo q̄ in eis pōt esse aliqd̄ quare affectus nō moueat. similiter etiā in via de^o cognoscit̄ per effect^o: et intellect^o nō attingit ad ipsam essentiaz bonitatis ei^o. vnde non oportet q̄ in via affectus intellectū sequat̄: sicut se q̄ ref̄ si essentia eius vide- ret q̄ est ip̄a bonitas. Et in hoc articulo terminat̄.

opationis. ergo nō est simpliciter pfectio: p suam opationē. beat^o vero est simpliciter pfectio: p suā beatitudinē. ergo et ē maior. pbat̄. quia effectus nō est simplicit̄ pfectio agētis: cū agēs vel sit eque pfectū puta si est vniuocū: vel est illo pfecti^o puta si sit equiuocū. Cōfirmat̄. qz si simplicit̄ sit de imp- fectio: pfecti^o: ergo simplicit̄ mutat̄. incōueniens aut̄ est agēs in eo q̄ agēs mutari fm̄ p̄bz. 3. p̄by. quia tunc in eo q̄ esset in actu essz in potētia. Cō- firmat̄ etiā quia beat^o nō ē causa effectiua sue bea- titudinis quia tūc beatificaret se. est aut̄ causa ef- fectiua sue opationis. ergo et ē. Dicit̄ forte q̄ i a- ctu sunt duo. s. suba actus et forma a qua habet p- fectio. et fm̄ p̄mū principū eius ē potētia natu- ralis. q̄ ad secundū principū ei^o est habit^o. si ergo ille sit acquisit^o et ē sicut tu ponis: cōtra hoc argui- tur. P̄ri^o essentialiter nō pōt depēdere ab aliqua causa a qua non dependeat posteri^o essentialiter. s̄ actus est p̄rior essentialiter sua forma: alioquin non necessario illa forma p̄exigeret actū ad sui esse. ergo si intellect^o creat^o est causa sube act^o: tūc illa forma depēdebit ab intellectu creato: et non nisi in aliquo genere cause qz nihil videt̄ essentia- liter depēdere ab aliquo qd̄ non ē causa ei^o loquē- do de actu puro quocūqz. Itē illa forma nō est ni- si aliqua cōditio ipsi^o actus. potētia aut̄ q̄ elicit a- ctum non elicit illū nudū sed cū tali vel tali condi- cione seu circūstātia. ergo potētia nō tm̄ est causa substātie act^o sed etiā illi^o forme actus. Itē q̄ habi- tus sit causa distincta a potētia alicui^o distincti om- nino videt̄ p̄babile. tū quia nō est nisi causa secun- da respectu potētie. causa autē secunda et prima non habēt distinctos effect^o sibi p̄prios. tum qz res- pectu neutri^o: esset hec prima et illa secūda. quia ille effect^o p̄p̄ri^o habitui esset necessario forma ab- soluta quia relatio nō est p se termin^o actionis v̄l agentis. nō est aut̄ p̄babile actionē attingētes obie- ctum beatificū includere duo absoluta. ¶ 2^o. p̄ri- cipaliter arguitur sic. qz habitus est perfectio sim- pliciter nobilior actu. sed beatitudo est perfectio nobilissima. ergo magis cōsistit in habitu q̄ in a- ctu. probatur maior. tum quia fm̄ p̄hm. 3^o. thopi- coz bonum diurnius est melius. sed habitus ē bo- num diurnius seu permanentius q̄ actus. qz habi- tus est de difficili mobilis: actus autem statim trā- sit. tum quia habitus est aliqua causa actus: alio- quin non facilius nec perfectius ageret habēs ha- bitum q̄ non habens. non autem est causa nisi ef- fectiua quod patet discurrendo per causas. et nō effectiua vniuoca vt patet. ergo equiuoca ac per hoc nobilior. ¶ 3^o. quia absolutum sine contradi- ctione potest manere absqz respectu fundato in

Distinctio. xlii.



Circa q̄^o dragesimā nonā distinctionez q̄rit̄ vtrū vltima bea- titudo vel felici- tas hūana sit ali- quis act^o etern^o et arguit̄ q̄ non. qz beatitudo est hominī cōmuni- cabilis. s̄ eterni- tas nō pōt ei cōmunicari qz qd̄ in tēpore factū est non pōt esse eternū. ergo vltima beatitudo hūa- na nō est aliq̄s act^o etern^o. ¶ In oppositū arguit̄. qz vltima hoīs beatitudo in dei visione cōsistit. s̄ in hoc cōsistit vita eterna vt patet ioānis. 17. hec ē vita eterna vt cognoscāt te. ergo beatitudo hu- mana est aliquis actus eternus. ¶ In hac q̄stio- ne erunt quattuor articuli vt supra.

tas nō pōt ei cōmunicari qz qd̄ in tēpore factū est non pōt esse eternū. ergo vltima beatitudo hūa- na nō est aliq̄s act^o etern^o. ¶ In oppositū arguit̄. qz vltima hoīs beatitudo in dei visione cōsistit. s̄ in hoc cōsistit vita eterna vt patet ioānis. 17. hec ē vita eterna vt cognoscāt te. ergo beatitudo hu- mana est aliquis actus eternus. ¶ In hac q̄stio- ne erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad pri- mū articulū sit p̄ma conclusio q̄ beatitudo seu felicitas humana est act^o et nō habit^o. hanc cōclu- sionē tenet. S. Tho. in hac disti. .q. p̄. ar. 2. sub. ar. 2. Itē. p̄. 2^o. q. 3. ar. 2. ¶ Se- cūda conclusio est q̄ beatitudo hoīs est vita eter- na et act^o eternitate mēsurat^o. hanc cōclusionē te- net. S. Tho. in hac disti. vbi supra sub. ar. 3. Itēz p̄tra gentiles libro. 3^o. cap̄o. 61.

Qantum ad se- cundū articulū arguēdū est con- tra cōclusiones. et q̄dez cōtra p̄- mā arguit scot^o p̄bādo q̄ bitu- do nō cōsistat in opatione. quia nullū agēs est p̄fecti^o ex hoc q̄ p actionez suam ali- qd̄ p̄ducit. sed operās est aliquo modo causa sue

eo quia est prius naturaliter tali respectu. sed respectus ad obiectum fundat in operatione. ergo operatio potest esse et manere sine respectu ad obiectum. sed sine eo non est beatitudo: alioquin esset beatitudo et non in obiecto beatifico. ¶ 4°. quia nulla operatio immediate perficit essentiam sed solum potentiam. sed beatitudo immediate perficit essentiam anime. ergo beatitudo non consistit in operatione. minor probatur quintupliciter. Primo quod nobiliori perfectioni correspondet nobilior perfectibile. sed beatitudo est nobilissima perfectio. essentia autem est nobilior perfectibile quam potentia secundum rem si differant realiter: et saltem ratione si differant ratione: quod qualis est ordo aliquorum distinctorum realiter: talis est ordo eorumdem secundum rationem quando sola ratione distinguuntur. prima propositio licet habeat instantiam de perfectionibus alterius rationis secundum genus puta de subaliis et accidentalibus: siquidem perfectio subalis quia dat esse simpliciter requirit perfectibile secundum quid ens. scilicet in potentia. perfectio autem accidentalis quod dat esse secundum quid requirit perfectibile simpliciter ens in actu. tamen de perfectionibus accidentalibus comparatis inter se videtur esse vera comparando ad perfectibilia receptiva actuum. quod si imperfectum est capax alicuius accidentis quod maxime perficit illud accidentaliter: superius non potest summe perfici accidentaliter illa perfectione nec alia nisi eccellente. ¶ 2°. probatur eadem minor. quia quicquid est immediatum susceptivum accidentalitatis si possit per se esse: posset per se recipere illud et non aliud nisi mediante illo. ergo si potentia anime posset esse separata ab essentia: posset recipere beatitudinem et per consequens esset beata: essentia autem non sine illa. et ita natura non intellectualis posset esse beata quod accidens et natura intellectualis manens in se non posset esse beata quod carens immediato susceptivo beatitudinis. ¶ 3°. ad idem. quod natura intellectualis non esset beata nisi per accidens: sicut lignum calefacit quod calidum. consequens est inconveniens quia perfectio per accidens non est essentialiter perfectio illius cuius est per accidens. consequentia probatur. quia ita in esset nature beatificabili beatitudo per accidens medium: sicut calefacere inest ligno mediante calore. ¶ 4°. ad idem. gratia est gloria consummata. sed gratia est principaliter in essentia anime et redundat in potentia sub ratione habitus et virtutis. ergo et cetera. ¶ 5°. quod beatitudo est per quendam illapsum vel circumintellectionem obiecti beatifici respectu beatificabilis. et iste illapsus vel circumintellectio potius est in essentia quam in potentia. nam ex illapsu in essentiam redundat vel derivatur in potentias. non autem econverso quia a priori fit redundantia vel derivatio in posterius et non econtra. illud enim est

principaliter tale a quo aliud est tale et non econtra. assumptum probatur. quia beatitudo principaliter consistit in obiecto increato inquam est bonum voluntatis create. ipsa autem anima vel natura angelica mediante voluntate transformatur ut convertatur in illud prout est possibile vi amoris secundum quod dicit dionysius quod amor est vis transformativa et conversiva amantis in amatum. et hugo super illud calidum et acutum et super fervidum. amor unum facere vult dilectum cum ipso. scilicet amate. et post dilectus ingerit se ut si fieri possit hoc ipse sit quod ipse. scilicet qui amat. et sic miro quodam modo incipiat expelli et exire a se. Ex his arguitur sic. ut natura amans exatex se et incipiat esse quod amat: non potest fieri nisi per circumintellectionem. non autem anime aut nature create illaberetur divinitas sed potius econtra ut in natura tali nihil appareat nisi summe vel divine dispositiones: imo ut non appareat aliud esse quam deus. sicut ferrum candens igne lucet et ardet ut ignis quasi non sit nec appareat esse aliud quam ignis. hec scorus. ¶ Contra eandem conclusionem arguit henricus. 3°. quodlibet. q. 12. ubi querit utrum beatitudo principaliter perficiat essentiam anime vel potentiam: et respondet sic. dicendum inquit quod secundum alicenam et alios philosophos bonum quod est beatitudo hominis non respicit essentiam anime sed solum potentiam mediante operatione. sed isti non videruntynam beatitudinem que consistit non solum in actu intellectus et voluntatis in quibus non est nisi beatitudo creata: sed principaliter consistit in obiecto quod est beatitudo increata que deus est inquam est bonum voluntatis que se transformat in illud quam possibile est secundum naturam et hoc vi amoris secundum quem elicitur ut habitu voluntatis volitio vera. unde hugo super septimum capitulum celestis hierarchie dicit. si enim in dilectum non vadis adhuc foris amas. et sequitur. amor enim te facere vult unum cum illo quam dilectio supereminet scientie et maior est intelligentia. plus enim diligit quam intelligit et intrat dilectio et appropinquat ubi scientia foris est. quod fit non per hoc quod homo illabatur divinitati sed divinitas anime. sicut ferrum candescit ex hoc quod ignis profundat se in ferro et non per hoc quod ferrum profundat se in igne. illapsus autem magis fit in essentia anime quam in potentia. sicut gratia et gloria que est gratia consummata principaliter est in essentia et ex redundantia in potentia sub ratione habitus et virtutis. per tale enim illapsus anime inflamat et illuminat ardoze caliditatis et potest esse possibile dei formalitatem habet ut quasi non sit. et appareat aliud esse quam deus. sicut ferrum candens in igne lucet et ardet ut quasi non appareat esse aliud quam ignis nec distinctum quid ab eo. deinde

per derivationē diuinitas illabit^r potentijs. i. sube-
 put habet rationem potentie. vnde est vn^o illap-
 sus nec pōt fieri illapsus in essentia quin redūdet
 in potētis. dico ergo q̄ beatitudo p̄ncipali^o p̄fi-
 cit essentia q̄s potentias: quia in illa p̄ncipali^o ha-
 betur deus q̄ est beatitudo: et p̄ficit illā quodam
 modo p̄ suā essentia. potētias autē anime nō nisi
 per illas opationes terminatas ad essentiam sub
 ratione veri et boni: licet p̄ceptio huius p̄fectiōis
 non p̄ueniat aīe nisi p̄ potētias. hec ille. ¶ Cōtra
 eandē cōclusionē arguit aureolus p̄bādo q̄ beati-
 tudo nō consistat in opatione s̄m suā rōnem ab-
 soluta. put est quedā q̄litas absoluta: sed poti^o p̄-
 ut est exhibitua obiecti in esse p̄sentiali. p̄mo sic.
 opatio n̄ra sub illa ratione est beatificatiua sub q̄
 infaciatiua q̄z beatitudo est summa facietas iux-
 ta illud augustini beat^o est q̄ habet quicq̄d vult. s̄
 opatio nō est faciatua vt est talis qualitas sed vt
 exhibitua obiecti beatifici in esse p̄sentiali. er-
 go et ē. maior nota est et p̄bata p̄ augustinū. 12. d̄
 ciuitate dei. minor patet quia solū finis habet fa-
 cere: non autē illud q̄d est ad finē vt sic. operatio
 autē in ratione qua est q̄litas p̄cisa exhibitione
 obiecti: est ens ad finē et nō ipse finis. similiter vt
 sic est bonū finitūz limitatū. nullū autē tale bonū
 faciat. item vt sic distinguit a deo. nullū autēz bo-
 num faciat nisi deus ex p̄mo cōfessionū. item vt sic
 relinquit potētia ad aliā opationem puta aliaz vi-
 sionem. nō ergo vt sic cōtinet omnē formā. et per
 consequēs vt sic nō faciat. ergo per oppositū ipsa
 faciat in q̄s^m est finis. et hoc habet in q̄s^m est exhibi-
 tiua finis et vt sic est infinita et summū bonum et
 virtualiter continens omne bonū. ista tamē non
 cōpetunt opationi formaliter: sed extrinsece in q̄s^m
 est exhibitua summi boni z infiniti. ex quo patet q̄
 vt sic non relinquit potētiam ad aliud: quia omne
 bonū cōtinet ciuilitate in eo quod exhibet. ¶ 2^o.
 sic. philosophus dicit p̄mo ethi. de bono z dicit q̄
 bonū accipit p̄ vtili qualis est oīs bonitas ordina-
 bilis in finē. vlteri^o obiectū beatificū est vltimus
 finis: act^o vero est finis sub fine. his suppositis ar-
 guo sic. in omni ordinabili in finem et in omni eo
 q̄d est finis sub fine: ratio ei^o quod est ordinabile
 in finē nō accipit penes absolutū sed in cōnexio-
 ne ad finē. que cōnexio cōsistit in exhibitione ipsi^o
 finis. hec p̄positio apparet in exēplo. si enī appeto
 potione exhibentē sanitatē: nō eam appeto prop-
 ter absolutū sed p̄cise vt ordinat et cōnectitur sa-
 nitati. si enim appeteret ratione absoluti: iā nō ap-
 peteretur p̄pter aliud sed p̄pter se. sed bonitas a-
 ctus beatifici est bonitas ordinabilis in finez nec
 appetitur propter se sed p̄pter aliud: nec beatifi-

cat propter se sed propter obiectū quod exhibet
 p̄sens. ergo non beatificat nec ratio ei^o in q̄s^m est
 beatitudo sumi debet penes eius absolutū sed pe-
 nes exhibitionē finis. ¶ Confirmat. quia q̄n ali-
 quid nō competit alicui p̄ se et primo sed per aliū
 non competit sibi per rationes sui absoluti sed ex
 cōnexionē ad illud. sed beatificare non competit
 opationi per se et primo sed ex ratione obiecti. er-
 go et ē. vnde si de^o faceret absolutū opationis si-
 ne exhibitione obiecti: nō beatificaret. si autē per
 impossibile faceret exhibitionē obiecti remoto ab-
 soluto ipsius act^o beatificaret. vnde ex hoc potest
 sic argui. illud essentialiter cōsistit in eo: quo posi-
 to et remoto omni alio ponit: et q̄ remoto omni
 alio posito remouet. sed sic est de exhibitione ob-
 iecti. ergo. ¶ Confirmat. quia s̄m augustinū bea-
 tus est q̄ habet quicq̄d vult et nihil male vult. i. q̄
 habet quicq̄d recte vult. ista autē habitio nō consi-
 stit i absoluto opatiōis q̄z illo voluto nō ex hoc ha-
 bet voluto eē bonū. s̄ cōsistit i exhibitione obiecti
 q̄ exhibitioe habet p̄sentialit omne bonū in qua-
 dam ratione eminenti. hec aureolus. ¶ Cōtra se-
 cundam cōclusionem arguit scotus probando q̄
 visio beatifica non mensuretur eternitate. primo
 quia s̄m te principū actus q̄s^m ad subam est potē-
 tia. sed s̄m formā suam principium eius est habi-
 tus. et si habitus sit iusus: perfectio actionis erit
 a causa exteriorē que causat habitūz. ex hoc argui-
 tur sic. impossibile est actū in q̄s^m informatum s̄m
 quam rationem tu dicis actum beatificatū: eē ma-
 gis permanentem vel imutabiliorē esse q̄s^m s̄m sub-
 stantiā: quia impossibile est illud cui inest aliquid
 per accidens: esse imutabilis eo cui inest. ergo si
 actus s̄m subam mēsurat̄ euo quia esse eius s̄m te
 mensuratur euo: sequitur q̄ actus in q̄s^m informa-
 tus vel habituatus haberet maiorem immutabili-
 tatē q̄s^m cui. ¶ 2^o. quia apparet manifeste falsum q̄
 aliquod creatum mēsuret̄ eternitate vt distigui-
 tur cōtra eum. quia si eū includat successionem
 siue potētialitatem ad diffiniēdū: hoc videt̄ com-
 petere cuilibet creato quod nō est p̄prie tempo-
 rale. eternum enim sicut est totum simul actu: ita
 caret potētia non essendi. ¶ 3^o. quia tua proba-
 tio non valet. nō enim sequit̄. creatura intellectua-
 lis non pōt ex suis naturalib^o in beatitudinē. ergo
 bitudo in sua natura est eminentioris p̄manētie
 q̄s^m creatura intellectualis q̄z est accidēs eius et ta-
 le accidens quod non consequit̄ principia subie-
 cti nec subest causalitati huius subiecti: est tñ in se
 quoddā min^o nobile et min^o p̄manēs. ¶ 4^o. quia
 nō aliter visio q̄s^m tristitia damnatorum sit eterna
 patet. quia matheidecimo q̄nto dī. ite maledicti

in ignem eternū. et multa talia ponuntur in scrip-
turis. constat autē q̄ illa pena non est eterna ali-
qua eternitate distincta ab euo vel tempore ppe-
tuo. ergo cōsimiliter perpetuitas beatitudinis nō
est proprie eternitas nec necesse esse: sed eui pos-
sibilis esse et nō esse tñ ppetuo cōseruati. hec ille.



Quantus ad ter-

tiū articulū primo notādū est q̄
sicut latius dductū fuit libro ter-
tio dis. 23. q. p̄. sub tertio nota-
bili: habitus adueniens potentie
opatiue: vnū principiū constituit cū ea ad eundē
actū. quēadmodū ex specie sensibili vel intelli-
bili et potētia quam informat: fit vnū p̄ncipiū sen-
tiendi aut intelligēdi respectu eius de3 actus. ac p̄
hoc eadē opatio pfecta ī suo genere est et a poten-
tia et ab actu sicut vnus effectus ab vna causa vel
p̄ncipio. ita q̄ et suba act⁹ et actus modificatio
seu determinatio ē ab vtroq; et ab habitu et a po-
tentia p̄ habitū informatā. vnde idē numero act⁹
meritorius et q̄ ad subam act⁹ et q̄ ad rōnem
meriti ē ⁊ a potētia liberi arbitrii et ab habitu cha-
ritatis. Necq; obstat qd̄ p̄s dicit. 2.º. ethi. q. 1. po-
tentia est q̄ possum⁹ et habit⁹ ē quo bene vel ma-
le possumus: qm̄ hoc p̄ dicitū est p̄ quandam ap-
propriationē. quia enī potētia sine habitu potest
actū pducere q̄ ad sui subam et habitu habet q̄
bene vel male operet: ideo p̄ quandā rōnez adap-
tationis substātia actus attribuitur potētie: habi-
tui vero attribuit̄ modus bone vel male opatio-
nis. et isto modo p̄ quandā. s. appropriationē acci-
piendū est quod. S. Tho. dicit in hac dis. q. p̄. ar.
2. ad. 2.º. de suba actus et de forma. i. habitu a q̄
perfectionem habet actus. veruntamē q̄ est ex
parte rei eadē opatio est: et q̄ ad subam et q̄
ad modum seu determinationem ipsius est tota
ab vtroq; quāuis potentia ab habitu partīcipet
modum bene vel male operandi: et habit⁹ a potē-
tia subam actus. Cōfirmā ista per diffinitiones
vel descriptiones habitus datas a comentatore
qui. 3.º. de anima dicit. habitus est quo quis agit
cum voluerit. et ab augustino dicente. habitus est
quo aliquid agitur cum opus fuerit. vt enī ex v-
traq; diffinitione accipitur: nō solus modus agē-
di habitui tribuitur: sed ⁊ ipsum agere. Falsa ē igi-
tur imaginatio quorundam opinātium q̄ quādo
actus procedit a potentia habitu informatā: sint
circa actum duo effectus distincti a duobus prin-
cipiis distinctis procedētibus. s. substantia actus
a potentia: et modus fm̄ quem actus dicitur bo-
nus vel malus ab habitu.

Secundo Notandū est q̄ vt. S.
Tho. dicit in pluribus
locis et signanter. p̄. 2.º. q. 50. ar. 2. ad. 2.º. et la-
tius in. q. de virtuti. in cōmuni. ar. 3. subiectū tri-
pliciter cōparat̄ ad accidēs. vno modo sicut pre-
bens ei sustentamentū nā accidens p se nō substi-
stit: sicut enim p̄ subiectū. alio modo sicut poten-
tia ad actū. subm enī accidētī subijcit̄ sicut quedā
potentia actui. vñ et accidens forma dicit̄. tertio
modo sicut causa ad effectū: nam p̄ncipia subie-
cti sunt p̄ncipia per se accidētis. quantū ergo ad
primū: vnū accidens alterius subiectū esse nō po-
test. nam cū nullū accidēs per se subsistat: non po-
test alteri sustentamētū prebere: nisi for̄tasse dicit̄
q̄ in q̄ est a subro sustentatū aliud accidēs susten-
tat. sed q̄ ad aliā duo vnuz accidēs se habet ad
aliud p̄ modū subiecti: nam vnū accidēs est in po-
tentia ad alterū sicut diaphaneitas ad lucē et su-
perficie ad colorē. vnum etiā accidēs pōt eē cau-
sa alterius vt humor saporis. et p̄ hūc modū dicit̄
vnū accidēs alterius accidētis esse subm: non
q̄ accidens possit alteri accidētī sustentamentuz p̄-
bere: sed quia subiectū est p̄ncipiū accidentis al-
tero mediāte. **Ex** quibus inferim⁹ ad p̄posituz
n̄z q̄ licet īmediatū subiectū beatitudinis sit po-
tentia quia est p̄ncipiū eius īmediatū: primū tñ ⁊
magis p̄prie subm beatitudinis est aīa cuius ipsa
potētia est accidēs. vnde dicere potētia anime eē
subiectum beatitudinis: non ē aliud dictū q̄ dice-
re q̄ anima ē subiectū beatitudinis mediāte potē-
tia. sicut dicere q̄ vnū accidēs est subiectū alteri⁹
nō est aliud dicere q̄ suba fm̄ q̄ est sub vno ac-
cidente est subm alterius. put. S. Tho. exponit
p̄. 2.º. loco p̄allegato. Et accedit huic rationi in
materia nostra quia beatitudo non solum est ac-
cidens sed et est actus. i. opatio quedā. actiones
aut et operationes: sunt p̄prie suppositi tanq̄ sub-
iecti agentis et nō formaz aut potentiarū q̄ sunt
p̄ncipia non agētia sed quibus agens agit. non
enī visus est p̄prie videns: sed homo vel aīa p̄
visum. et cōsimilr nō p̄prie intellectus est intelli-
gēs aut voluntas volēs: sed homo vel aīa est ītel-
ligēs et volens p̄ intellectū et volūtatē. vñ etiam
in q̄ beatitudo ē subaliter opatio: hēt. p̄ primo ⁊
p̄ncipali subiecto: nō potētia ī intellectiua ⁊ a qua
īmediate p̄cedit sicut a p̄ncipio quo: sed magis īp-
sam aīam vel hoīem a quib⁹ p̄cedit sicut a p̄nci-
pio quod: et a quibus et in quib⁹ habet substētia
et suppositionē in rerum natura. loquimur nūc
de beatitudine hominis. Patet igitur q̄ per hoc
q̄ sanct⁹ thomas ponit beatitudinem esse subaliter
operationem intellect⁹ ac per hoc q̄ subiectiue sit

in potentia intellectiva immediate: nō negat beatitudinem esse opationē anime principaliter et animā esse eius p̄mū et p̄ncipale subiectū quāvis nō immediatū. imo magis illud affirmat vt ex p̄missis manifeste cōstat. Facit ad ista q̄d. S. Tho. dicit de veri. q. 27. ar. 5. ad. 17^m. ait enī. sicut essentia anime immediate est essendū p̄ncipiū: opationis vero p̄ncipiū est mediantib⁹ potentis: ita immediatus effect⁹ gratie est conferre esse spirituale quod p̄tinet ad informationē subiecti siue ad iustificationem impij que est effect⁹ gratie operantis. sed effectus gratie mediantibus virtutibus et donis: est elicere actus meritorios quod pertinet ad gratiam coopantem. hec ille.

Tertio Notandū est q̄ vt. S. Tho. deducit. 2^a 2^e. q. 132. ar. p^o. in cor. et in. q. de malo. q. 9. ar. p^o. gloria claritatē quandā significat. vnde gloriari idem est q̄d clarificari vt augustinus dicit sup̄ iōānem. claritas autē et decor quandā habent manifestationē. et ideo nomē glorie p̄prie importat manifestationē alicuius de hoc quod suo splendore cōspiciū et decorum videtur: siue illud sit bonū corporeale siue spūale. quia vero illud quod simpliciter clarū est a multis conspici potest et a remotis: ideo p̄prie per nomen glorie designatur q̄ bonū alicui⁹ dēveniāt in multorum noticiam et approbationē. largius tamen accepto nomine glorie: nō solum cōsistit in multitudinis cognitione: sed etiā paucorū v^l vni⁹ aut sui solius. fm̄ quē modū apl̄s dicit. 2^a Corin. p^o. gloria nostra hec est testimoniū cōscientie nostre. quia ergo sancti in patria gratia consummati et confirmati habent splendore gratie et cōspicuitate omnibus manifestam et hoc in sempiternum: dicunt esse in eterna gloria. itaq̄ gloria sanctorū in patria est ipsa claritas gratie consummate. nam et fm̄ claritatē gratie in via: apostolus in p̄missa auctoritate designās gloriam in via sanctorū cū dixisset: gloria nostra hec est testimoniū cōscientie n̄re: subiūgit q̄ in simplicitate cordis et sinceritate dei et nō in sapiētia carnali: sed i gratia dei cōuersati sumus in hoc mūdo. Quāobrem S. Tho. de veri. q. 27. ar. 5. ad. 6^m. dicit q̄ sicut charitas vie non tollit in p̄ria sed remanet augmentata. p̄pter hoc q̄ in sui rōne nullū defectū importat: ita etiā gratia quia nullū in sui rōne importat defectū: p̄ sui augmentū fit gloria. nec dicit esse diuersa p̄fectio nature in statu vie et patrie q̄ ad gratiam. p̄pter formā diuersam p̄ficiētē: s̄ p̄pter diuersam p̄fectionis mēsurā. hec sc̄tus doctor. vbi apte dicit gr̄am cōsumatā et gl̄iam idē esse. cum enim gloria sit essentialiter claritas vt p̄missum

est: recte dicitur q̄ gratia cōsumata sit gloria qm̄ gratia lumē quoddā appellat. dicimus enī lumen gratie. i. lumen quod est ipsa gratia capiēdo genitūū intrāsiue. Ex quib⁹ inferim⁹ q̄ gloria sanctorū in patria nō est subalter ipsa beatitudo: sed ē quādam modo eius causa sicut et gratia cōsumata. vnde si alicubi in scriptura auctētica gloria sanctorū dicta sit ipsa beatitudo seu diuina visio aut fructio debet accipi dictum per causam non fm̄ p̄dicationem essentialē.

Quarto Notandum est p̄out. S. Tho. deducit. 2^a 2^e. q. 23 ar. 2. in cor. q̄ deus fm̄ hoc disponit omnia suauiter sicut dicit sapientie. S. q̄ mouet omnia ad debitos fines id idēs singulis rebus formas per quas inclinānt ad fines sibi p̄stitutos a deo. si enī motus aut opationes rerū non p̄cederent ab aliqua forma vel habitu p̄ficiēte et inclināte rem q̄ mouetur vel agit ad talē actionē vel motū: mot⁹ vel actio nō esset rei cōnaturalis. et p̄ cōsequēs neq̄ esset illi delectabilis et suavis imo magis esset ei quid violentū. cū autē beatitudo et visio diuine essentie sit act⁹ improporcionatus p̄ excessu nature intellectualis: si nō p̄cederet in beatitudine aliquo habitu supernaturali diuinit⁹ iuso intellectib⁹ sanctorū sed fuisset illis imissus per modū cuiusdā illapsus vt quidā falso opinati sunt: sequeretur q̄ non esset mētibus beatorū suavis et delectabilis. imo tanq̄ simpliciter ab extrinseco p̄ncipio diuinitus et imissus: esset magis violent⁹ et tristis. quē admodū est corpori graui motus sursum repugnans et violent⁹ quādo a p̄ncipio extrinseco sursum mouet. id autē dicere est absurdum de p̄fectissima operatione qualis est beatitudo seu diuine essentie visio que et fm̄ p̄hos et fm̄ theologos cōplementū habet in delectatione. vñ et p̄pheta dicebat. delectationes in dextera tua vsq̄ in finē. dexteram appellās contēplationē diuine maiestatis i patria p̄ cōparationē ad ipsius cōtemplationē i via. vnde sicut opinio magistrī in. 17. dis. p̄milibi cōmunitē a doctorib⁹ reijcī: ponens q̄ actus charitatis quo deū diligim⁹ esset penitus ab extrinseco. s. a spū sancto p̄ modū illapsus imissus et nō ab intrinseco p̄ formā aliquā volūtatē mouētē et inclināte ad charitatis dilectionē: ita et istorū cōsimilis opinio dicentū beatitudinē et visionē diuine essentie imitti a deo mētibus beatorū p̄ modū illapsus: tanq̄ falsa refellenda est. imo et quāuis aliquādo pro opinione teneri potuit et si minus vera: nunc autē pro errore censeri debet iuxta verum intellectum decretalis ad nostrū in clemētina loco quinto in numero errorum ibi compu-

tatorum. vbi textus sic dicit. quinto q̄ quelibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata q̄q̄ anima nō indiget lumine glorie ipsam eleuare ad deum vidēdū et eo beate fruēdū. hec decretalis. et facit cōtra dictā opinionē qm̄ si actus beatitudinis et visionis diuine essentie fuisset mentibus beatorū a deo p̄ illapsum imissus: non indigeret natura intellectualis lumine glorie quo eleuaretur supra sui naturā ad videndum deum et deo fruendum quod decretalis p̄o errore censet. p̄o batur illud. quoniā si actus beatitudinis et visionis dei immitteretur per modū illapsus a deo: ipse actus sufficeret mētib⁹ beatorum in puris naturalibus existentium quo viderent deum. nam ad habendum actionem aliquam penitus ab extrinseco: sufficit ipsa rei naturalis consistentia non solum non disposita: sed etiam repugnante natura dū tamē a virtute mouētis vel agētis superet. sicut patet in graui sursum p̄iecto. vel saltem sufficeret ipsa rei natura non repugnans.

¶ Quinto Notādū est q̄ vt boetius diffinit quinto libro de consolatione: eternitas est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. dicitur autē interminabilis vite s̄m q̄ interminabile dicit negationē termini et a parte ante et a parte post. vt sic dicitur interminabilis vita q̄ ne habet principium nec finem. dicitur vero tota simul: tum q̄ nec in seipsa habet prius et posterius nec preteritū nec futurū nec ista habet s̄m aliquē modū transmutationis adiuncta. et dicitur perfecta: quia nihil sibi deest nec aliquid participatione alterius habet. vnde s̄m hanc eternitatis rationē solus deus est eternus: nam nulla creatura est cuius esse interminabile sit nec principium habens nec finem. omnis enī creatura et omne aliud a deo principium habuit sui esse. neq̄ iterum aliquod ens preter deum habet omnem sui p̄fectionem totā simul. neq̄ rursus est aliqua creatura que non habeat suum esse et omnem ipsius p̄fectionem participatam a deo. soli igitur deo propriū est esse eternum essentialiter et per naturam. secundū aliquā tamen participatiōem eternitatis creature alię dicuntur eterne s̄m magis et minus s̄m q̄ plus vel minus participant de p̄fectionibus eternitatis. Unde ad p̄positum n̄m beatitudo creata hominū et angelorum est eterna in q̄m participat interminabilitatem a parte post. erit enī in perpetuū absq̄ fine. item et quia est tota simul non p̄ partes aut i successione. totam nāq̄ diuinā essentiam et omnes ipsius p̄fectiones et rationes quas vnq̄ videbit beatus: simul a principio sue beatitudinis videt. s̄z

illud augustini vltimo libro de trinitate. non erūt .s. in patria volubiles nostre cogitationes ab alijs in alia euntes atq̄ redeuntes: sed omnem sciētā nostram vno simul conspectu videbimus. quocirca hieremie. 31. propheta dicebat. et non docebit vltra vir proximum suum et vir fratrem suū dicens cognosce dominum. omnes enī cognoscēt me a minimo eorū vsq̄ ad maximū ait domin⁹. Cleruntamen eternitas huiuscemodi beatitudinis deficit ab eternitate dei: tum quia est participata a deo et non sibi connaturalis nec mensura adequata. tum etiam quia non est interminabilis a parte ante: et hoc est cōmune omnibus creatis eternitatem participantibus. Item et deficit quia quāuis ipsa eorū beatitudo s̄m se sit intrā mutabilis actu et potentia dono dei: patitur tamen secūz transmutationes nōnullas intellectio num et affectionum ac etiam locorum suo modo in quibus non eternitate sed tempore mensuratur. s̄m q̄ augustinus dicit. S. super genesim ad litteram q̄ deus mouet creaturam spiritualem per tempus. vbi et dicit q̄ per tempus moueri: est p̄ affectiones moueri. Deniq̄ et alia sunt que min⁹ participant d̄ eternitatis duratione quemadmodum dānati et eorū supplicia. quorū participatiō eternitatis q̄m ad hoc tātū modo attenditur q̄ est interminabilis a parte post p̄out. S. Tho. notat in hac dis. q. p̄. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 4. Et p̄. q. 10. ar. 3. ad. 2. vnde et in sacra scriptura dānati cruciandi et mittendi dicūtur in ignē eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. non tamen participant intrā mutabilitate. imo nō solum in affectionibus et intellectio nibus transmutationem habent: sed etiā in eorū supplicijs. s̄m illud iob. 24. ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium. idcirco magis dicuntur mensurari tēpore et si p̄petuo: q̄ eternitate. s̄m illud psalmi inimici dñi mēti sunt ei et erit tēp⁹ eorū in secula



Quantum ad ar

ticulū q̄rtū respōdendū est obiectionibus in cōtrariū. Et quidez ad p̄mū scoti cōtra p̄mā cōclusiōnē dicit q̄ q̄cqd sit d̄ maiori p̄positione nā nō est vlr vera et p̄serti qm̄ aliqd̄ p̄ducitur per actionē agētis immanentē nā tunc tale p̄ductū cū maneat in agēte facit ad ipsi⁹ p̄fectionem quē admodū verbū formatū in intellectu p̄ ipsius opationē p̄ficit intellectu. verūt̄n̄ minor p̄positiō nō recte sumit̄ sub maiore. nā maior p̄cedit d̄ effectu agētis. p̄ducto p̄ actionē suā. q̄ aliqui vnq̄ ē q̄d extrinsecū penit⁹ nō d̄ p̄fectio agētis. minor v̄o p̄ce-

dit de operatione que cū sit in agente subiectiue semper est pfectio ipsius quia est finis quidā eius ad que ordinatur. qm̄ vnaqueq; res est. ppter suam opationem. put pbs dicit secūdo de celo. et p̄cipue id verū est de opatione imanente qualis ē beatitudo. vnde in argumento cōmittitur fallacia figure dictionis mutando effectū in opationē

¶ Et ad primā confirmationē dicim⁹ q̄ loquēdo p̄priede motu prout aliquid abijcit a re mota de quo loquitur pbs vbi allegat: prima consequentia ē falsa. naz qd̄ perficit: magis acquir̄it q̄ ab eo aliquid abijciat. vñ pbs. 7.º. phy. pbat q̄ in q̄m̄ aliquid pficit nō alterat quāuis aliquādo precedat alteratio. et ibi expresse negat alterationē esse in parte intellectiua p hoc q̄ scit aut intelligit. nec ipsa virtutū acquisitione p̄ eo q̄ vt sic pficitur. et cum arguens infert q̄ tūc in eo q̄ ess̄ in actu ess̄ in potētia: dicitur q̄ est falsa illatio. naz licet agēs antequā agat sit in potētia ad actionem: in q̄m̄ tñ agit: in actu est tam p̄mo q̄ est forma vel esse: q̄ in secūdo qui est actio vel operatio.

¶ Ad secundam cōfirmationē dicit q̄ solutio ibi data bona est et ē sancti thome in hac distin. q. p̄. arti. 2. sub. ar. 2. ad. 2.º. Et ad eius improbationē dicit q̄ forma de qua sanct⁹ doctor loquit̄ in respōsione et ipse etiam arguens in impugnatione: est cōdicio et pfectio quedam actus quaz̄ habet ab habitu pficiēte potentiam. hoc supposito: dicit p̄mo ad impugnationem q̄ talis forma non est posterior essentialiter ip̄o actu. naz qd̄ est posteri⁹ alio essentialiter cōsequit̄ illud essentialiter. ipsa aut̄ forma. i. pfectio adueniēs actui: nō cōsequit̄ essentialiter substantiā actus sed accidentaliter: alias omnis actus haberet perfectionem habitus quod est falsum. illud autem quod accidentaliter consequitur aliquid: nō necessario dependet a causa ipsius sicut patet de gratia et charitate. et idem iudiciū est de lumie glorie qd̄ sanct⁹ thomas appellat in nostro pposito formā pficiētē subam actus. Responde tur secundo q̄ impugnatio arguētis. pcedit ex falso intellectu quē habuit in verbis sancti thome putans q̄ mens ei⁹ fuisse dicere actum beatitudinis q̄m̄ ad sui subam precise: elici a naturali potētia. et q̄m̄ ad formaz̄ qua perficit: tñ modo elici ab actu luminis glorie. hoc certe falsum est. qm̄ vt deductus fuit in p̄mo notabili fm̄ doctrinā scrī thome vtrūq; est ab vtroq;. vnde argumentū procedit ex falso supposito. Et p̄ hec patet respōsio ad tertiam et quartā confirmationes q̄ pcedūt ex eodē falso supposito.

¶ Ad. 2.º. p̄cipale dicitur q̄ maior est falsa prout. S. Tho. d̄ dicit. p̄. 2.º. q. 71. ar. 3. Et ad eius primā probationem respondet san

ctus thomas ibidem ad primū q̄ nihil prohibet aliquid esse simpliciter altero potius: quod tamē fm̄ quid ab eo deficiat. simpliciter enim potius iudicatur quod p̄eminet q̄m̄ ad id quod per se p̄sideratur in vtroq;. fm̄ quid autem quod p̄eminet fm̄ id quod per accidens se habet ad vtrūq;. ostensum est autem ex ipsa ratione actus et habitus q̄ actus ē potior in bonitate et malicia q̄ habitus. q̄ autem habitus sit diuturnior q̄ actus: accidit ex eo q̄ vtrūq; inuenitur in tali natura que non potest semper agere et cuius actio est in motu transeunte. vnde simpliciter actus est potior tam in bonitate q̄ in malicia. sed habitus est potior fm̄ quid. Ad secundam probationem respōdet sanct⁹ thomas ibidem ad. 3.º. q̄ habitus est causa actus in genere cause efficientis. sed actus est causa habitus in genere cause finalis fm̄ quaz̄ consideratur ratio boni et mali. et ideo in bonitate et malicia: actus p̄eminet habitui.

¶ Ad. 3.º. dicitur q̄ maior non est vniuersaliter vera. non enim habet veritatem quando respectus consequitur per se ad absolutum. nam non potest separari a creatura respectus ad creatorem. nec manere potest potētia sine respectu et ordine ad actū. et pariformiter neq; operatio vel actus absq; ordine et respectu ad obiectum: cum ab illo habeat specificationem prout philosophus dicit. 2.º. de anima.

¶ Ad. 4.º. dicitur q̄ minor est falsa. et ad primam eius pbationem dicitur primo q̄ nobilitati perfectioni correspondet nobilius perfectibile non simpliciter sed sibi proportionatum et adequatum. nec semper imediatē sed sufficit q̄ mediate p̄ncipaliter. essentia autem anime licet sit nobilius perfectibile q̄ potentia intellectiua respectu beatitudinis: non tamen est ita adequatus et imediatum. et ideo potētia ipsa imediatius perficitur q̄ essentia anime. Dicitur secundo q̄ probatio arguentis procedit ex falso supposito. i. q̄ sanctus thomas teneat beatitudinem non esse pfectionē essentie anime. hoc aut̄ falsum est. imo tenet q̄ magis et p̄ncipali⁹ sit pfectio essentie anime q̄ potentie quāuis non imediatius. put deductum fuit in secūdo notabili. Et per hec patet respōsio ad omnes quinque probationes minoris que procedunt ex eodē falso supposito. verū tamē quia in singulis assumunt̄ alique p̄positiones minus vere: ideo singulas percurram⁹.

¶ Ad secundam pbationē dicit q̄ loquendo naturali: casus positus in argumēto est impossibilis. qm̄ potētie aie sunt naturales eius p̄prietates p̄ se cōsequentes ipsius essentiam saltem originaliter. verū tamen loquendo d̄ potentia dei absoluta: dicimus

q̄ si potētia intellectiua anime beate haberet esse separatum ab essentia aīe et diuina essentia esset illi presens quēadmodū nunc dum est anime cōiuncta: nullū nobis est inconueniēs fateri q̄ fuisz beata absq̄ anima. et cum arguēs infert q̄ tūc natura non intellectualis possit esse beata: negatur consequentia. nam potentia intellectiua habens esse subsistēs per diuinam potētia: natura quedaz est intellectualis. et quia esse eius per se subsistēs esset vitale: per consequens et eius operatio vitalis est non alia vita q̄ intellectuali. Et si obijciat q̄ sola potentia intellectiua non complet rōnem nature humane: respondemus dupliciter. primo q̄ licet non esset completa natura humana: esset tamen cōpleta quedaz natura spūialis sicut est angelus quāuis inferior illo. Respondem⁹ secundo q̄ et si potentia intellectiua subsistens per se separata ab anima nō haberet cōplementum nature humane sed esset aliquid eius: nihilominus possz beatitudinem recipe et esse beatam. quēadmodū et nunc ante resurrectionem corporis: anime sanctorum defunctorum sunt beate: quāuis non habeant completm̄ nature humane que completitur corpus simul et animaz. Neq̄ obstat q̄ talis potētia intellectiua maneret accidēs sicut nūc est in anima existens: quia sicut in sacramento eucharistie quantitas dimēsiua panis et vini per diuinam potentiam habet post consecrationez omnem illam opationez quā suba panis aut vini haberet si presens esset sicut et habet per dei potentiam eius esse subsistentie: ita et potentie intellectuē separate ab anima possz dari p̄ diuinā potētia q̄ haberet omnem illam operationem quā coniuncta anime habuisset sicut et daret sibi p̄ casum q̄ haberet esse subsistens nam ad huiuscemodi esse consequitur operari. Ad tertiam negat antecedens. nam licet anima mediante potētia sit beata: non ideo sequitur q̄ per accidēs sit beata. non enim est idem dictu causa mediata et causa per accidens. nā non dicitur artifex causa p̄ accidens domus pro eo q̄ mediante serra et dolabra illam edificat. imo quādo causa imediata recipit virtutem agendi a causa mediata: effectus magis et principaliter producit a causa mediata et prima q̄ a causa imediata. Unde in proposito nostro licet potentia intellectiua immediatus habeat perfectionem beatitudinis: magis et principaliter anima est beata cuius virtute et subsistentia potentia intellectiua sit beata. Ad exemplum autem de ligno calido: dicimus q̄ calefactio proprie et principaliter et per se a ligno calido efficitur magis q̄ a calore loquendo de principio qd̄.

et quānis lignum nō sit causa per se calefactionis lignum tamen caliduz est causa eius per se. Ad quartam dicitur q̄ non concludit propositum arguentis. quoniam gloria etiam eterna non ē ideo re in beatis quod beatitudo prout ostensum fuit in tertio notabili. vnde licet gloria sit in essentia anime sicut et gratia: non inde sequitur q̄ in essentia anime sit beatitudo subiectiue. Ad quintaz dicitur primo q̄ assumptum est falsuz prout in quarto notabili deductum fuit. neq̄ valet eius probatio. quia beatitudo et si principaliter cōsistat i obiecto increato: non tamen prout obiectum est presens intellectui per illapsum: sed per modum obiecti. nam deum esse presentem per illapsum: commune est omnibus creaturis. sed in ratione obiecti cogniti et amati: solūmodo est in creaturis intellectualibus. Dicitur secundo q̄ dato sed non concesso q̄ diuina essentia vt dare visa esset presens menti beate per illapsum: talis illapsum imediate fieret potentie et per potentiam essentie. et hoc probatur ex auctoritate dionisij quam arguens allegat. nam transformatio amantis in amatum per quam arguens dicit fieri illapsum amati in amantem: est per actum amoris s̄m dionisium. actus autē amoris imediate elicitur a potentia voluntatis: quamuis principaliter ab essentia anime. vnde ex ea ratione magis probatur q̄ beatitudo sit imediate a potentia et in potentia anime q̄ in essentia. Et per hec patet respōsio ad dicta hērici. Ad argumenta aureoli cōtra eandem conclusionem dicimus q̄ non militat contra conclusionem nostram imo conferūt ad eius declarationem. cōcedimus nāq̄ q̄ beatitudo nō consistit in operatione s̄m suam rationem absolutam: sed prout est exhibitua obiecti in esse presentiali s̄m modum loquendi arguentis. nisi enīz operatio intellectus terminaretur ad obiectum beatificum intellectui presens: non esset beatitudo. non enim visio diuine essentie est beatitudo inq̄m est visio absolute: sed inq̄m est visio diuine essentie. Ad argumenta scoti contra secundaz conclusionem: ad primum dicitur q̄ deficit dupliciter. primo quia assumptum non est simpliciter et vniuersaliter verum. naz gratia accidentaliter inest homini: et tamen facit illum magis permanere in bonis operibus et propositis q̄ permaneret per solaz naturam suam liberi arbitrij. imo et facit hominem impecabilem etiā in hac vita ac per hoc diuturnius pmanere in bono quod tamē per suam naturā non pōt sicut apparet in cōfirmatis vt in beata virgine et sanctis apostolis adhuc viatoribus prout cōmuni⁹ tenet. Secūdo deficit

quia supponit falsum. s. q. sanctus thomas teneat q. actus beatitudinis s. m. subam mēsurat euo. hoc certe est falsum. imo s. m. doctrinaz sancti thome actus beatitudinis et q. m. ad subam et q. m. ad pfectionē ex lumine glorie; mēsurat eternitate participata dono dei. put deductū fuit in quinto notabili. nec opationes intellective alie a beatitudine in btis mēsurant euo vt arguēs putat: sed tēpore quāuis nō primi mobilis. put ex dictis augustini apparet in notabili. prime allegato. ¶ Ad. 2^m. dicitur q. pcedit de eternitate essentiali et. put est mensura adequata. beatitudo autē sanctorū mēsuratur eternitate participata et nō sicut adequata mensura. ¶ Ad. 3^m. dicit q. pbatio sancti doctoris nō solū stat in eo qd arguēs tangit: sed magis in hoc q. virtute et dono dei creatura intellectualis attingit beatitudinē. ppter quod sicut homo fit particeps diuine opationis in vidēdo deū: ita fit particeps eternitatis qua diuina opatio mēsurat. ¶ Ubi S. Tho. i hac dis. q. p^a. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 3^m. eternitas inquit nō est cōmunicabilis hōi ita q. sit ei⁹ mēsurā adequata vel alicui⁹ quod in ipso est. pōt tamē hōi cōmunicari s. m. quādā participationem vt sicut hō fit particeps diuine opationis in vidēdo deum: ita fit particeps eternitatis qua diuina opatio mēsurat. et sic ipsa ei⁹ opatio dicitur vita eterna. hec ille. ¶ Ad. 4^m. respondet sanctus thomas ubi allegatum est in fine quinti notabilis q. eternitas non est similis hinc et inde. ¶ Ad arguementum ante oppositum respondet sanctus thomas per ea que recitata sunt in responsione proxime posita ad. 3^m. Et in hoc articulus terminat.



Aterio^r cir

ca eandē distinctionez querit vtrū beatitudo vltima hōis consistat essentialiter in actu intellect⁹ et arguitur q. nō. q. beatitudo vltima hōis consistit in pfecta cōiūctione hōis ad deū. sed pfectius homo deo iungit p voluntatē q. p intellectū. vnde dicit hugo de sancto victore septimo caplo ecclesiastice hierarchie sup illud mobile et acutū et c. dilectio supeminet sciētie et maior est intelligētia. plus enī de⁹ diligitur q. intelligat: intrat dilectio vbi sciētia foris ē. ergo beatitudo magis consistit in dilectione q. in

cognitione et in voluntate q. in intellectu. ¶ In oppositū arguit q. ioānis. 17. dicit. hec ē vita eterna vt cognoscāt te verū deum et quē misisti iesū xpm. sed vita eterna est beatitudo ipsa. ergo beatitudo in cognitione consistit. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



Quantus ad pri-

mū articulū sit pma conclusio q. vltima hōis felicitas vel beatitudo nō cōsistit essentialiter in aliq. actu volūtatis. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. p^a. ar. p^a. sub. ar. 2. Et p^a 2^a. q. 3. ar. 4. Et cōtra gē. li. 3. caplo. 26. Itēz qdlibet. S. ar. 19. ¶ Secūda cōclusio est q. vltima felicitas hōis cōsistit essentialiter in actu intellect⁹. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. vbi supra. Et. p^a. 2^a. q. p^a dicta. ar. 8. ¶ Tertia conclusio est q. vltima felicitas hōis non cōsistit in opatione intellectus practici. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. vbi supra sub. arti. 3. Et. p^a 2^a. vbi supra. ar. 8. Et cōtra gē. li. 3. caplis. 34. et. 35. et. 36.



Qantum ad ar-

ticulū secūdū arguēdū est contra cōclusiones. Et q. dez contra pma arguit scot⁹. pbando q. beatitudo pncipaliter cōsistit i actu volūtatis plus q. in actu intellect⁹. q. finis extra ē simpliciter optimū et sūme volēdū. ergo inter ea q. sunt ad ipm: qd est sibi imediati⁹ et magis imedia te tēdit in ipm vt in finē vltimū: est pncipaliter in beatitudine formali et magis finis intra. sed act⁹ volūtatis imediati⁹ tēdit in deū vt in finē vltimū cū finis vltim⁹ in q. m. hōi sit. p. p. iū obiectū volūtatis et ipsi⁹ velle. ergo et c. maior. pbat. illud enī est magis volēdū voluntate libera: qd appetitui naturali est magis appetēdūz naturalr. sed hōi est quod ē. p. p. iū vltimo fini qui simp. maxime appetit⁹ naturalr. ¶ 2^a. quia volūtas pōt velle suū actū sicut intellect⁹ intelligere suū actū. aut ergo vult suū actū. p. p. iū intelligere aut ecōtra aut neutriū. p. p. iū alterū. et loq. de velle ordinato. non p. mū: q. s. m. anselmū. 2^a. cur de⁹ homo caplo pmo ordo puer sus est velle amare vt intelligeret. nec tertiu: q. in ordinatis per se ad eundē finē: est alius ordo inter se tanq. ad finēz sub fine. ergo secūdū: et hoc vult anselm⁹. ¶ 3^a. si beatitudo sit sūme volēda: ergo illud est maxime beatitudo intra qd inter intrinseca est sūme volēdū. s. hōi est aliquod velle. plus enim appetit volūtas pfectionē sui in fine vltimo: q. pfectionē intellect⁹. et hoc recte

et hoc recte loquendo de appetere liberiori sicut naturalis plus appetit appetitu naturali. ¶ 4^o quia perfectissimus habitus voluntatis in via perficit eam secundum capacitatem quam habet pro tunc. ergo si ille est nobilior quo cuiusque habitu intellectus: capacitas voluntatis pro via est maior vel aliquid maius quam capacitas intellectus. ergo et pro propria. quia vel est eadem capacitas hic et ibi loquendo de capacitate remota que est secundum gradum nature capacitatis: vel illa correspondet ibi. proportionabiliter isti hic loquendo de capacitate: proproxiima. quia prima capacitas non potest fieri nisi per aliquid proportionabiliter perficiens eam. ergo non nisi per nobilissimum si illa est aliquid nobilissimum. ¶ 5^o. quia si nullus actus voluntatis esset essentialiter beatitudo vel de essentia beatitudinis: ergo deus posset separare omnem gaudium et delectationem a beatitudine. et sic aliquis posset esse beatus et non gauderet nec complaceret sibi in illa quod videtur absurdum. Confirmatur quia perfectus est aliquid si de essentia eius sit aliqua perfectio siue quando includit essentialiter aliquam perfectionem: quam si non esset nisi concomitans. sed de ratione beatitudinis est que sit perfectio maxima. magis autem esset perfecta si de ratione eius esset delectatio. ¶ 6^o. quia pena essentialiter est tristitia: ergo premium erit essentialiter gaudium. antecedens patet. quia omnem actum voluntatis voluntas elicit voluntarie et delectabiliter et nihil tale potest ei esse penale quia omnis actus propter tristitiam: est voluntarius et delectabilis reflectendo se super actum. sicut enim volens volo me velle: ita nolens volo me nolle. sed nullum voluntarium videtur esse penale. ergo beatitudo essentialiter et formaliter non videtur esse nisi gaudium et delectatio siue actus delectabilis. ¶ Confirmatur. quia malum quod est inhonestum: pertinet ad penam per se. ergo omnem bonum honestum per se pertinet ad premium: et malum pene per se pertinet ad tristitiam sicut bonum comodi ad gaudium. hoc enim est voluntarium et delectabile sicut aliud est involuntarium et tristabile. ergo premium essentialiter includit gaudium et delectationem. hec scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguunt alij ut recitat petrus de palude. primo sic. illa potentia que essentialiter pertinet ad imaginem dei: est que eius capax et particeps beatitudinis esse potest. sed voluntas est essentialiter pars imaginis. ergo etc. Si dicatur quod maior habet instantiam in intellectu agente que est pars imaginis nec tamen habet actum in beatitudine: dicitur quod maior propositio intelligitur de potentia passiva cum beatificari sit pati et recipere. ¶ 2^o. sic. omnis actus per quem immediate et perfecte attingitur obiectum beatificum sub ratione qua est beatificus

est essentialiter beatificus. sed actus voluntatis est huiusmodi. ergo etc. maior patet dupliciter. primo quia finis quo essentialiter est actus quo immediate habet finis gratia cuius. dico autem immediate: quia propter hoc in actu reflexo non potest esse beatitudo quia non attingit obiectum beatificum immediate sed mediante actu recto. secundo probatur eadem maior. quia sicut omnis actus qui immediate attingit visibile obiectum in quantum est visibile est essentialiter et formaliter visio: sic omnis actus qui attingit immediate obiectum beatificum ut est beatificus obiectum: est essentialiter et formaliter beatitudo subiective. et si dicatur ad hanc maiorem quod vera est quando attingit obiectum nondum habitum: sed hic est iam habitum per actum intellectus ideo etc. dicitur quod non est habitum omnimodo quo haberi potest immediate quod requirit ad veram beatitudinem. nec oportet addere primo: quia si visio interrumpatur et postea videretur sicut fuit in paulo: ita esset beatifica secunda visio sicut prima. unde visio non habet rationem beatitudinis quia prima alias cognitio vere esset beatifica: sed quia immediata. Et si dicatur quod illa primitas et posterioritas que fuit in paulo accidentaliter accipitur secundum illos qui dicunt quod beatitudo augetur interius in resurrectione et quod interitio sit per generationem et corruptionem: tunc enim per se visio post resurrectionem presupponit visionem ante: nec tamen est minus beatifica secundum eandem. minor patet. scilicet quod actus voluntatis in propria immediate fertur in deum sub ratione qua obiectum beatificum: quia deus est obiectum beatificum sub ratione qua est omnis boni bonum et summum bonum. voluntas autem in propria est perfectissima. non est autem potentia perfectissima: nisi quando immediate in obiecto suo inuenit rationem omnissummi boni. cum autem eius obiectum sit bonum in communi: non est perfecta nisi attingat summum bonum in ratione omnibus boni. Item actus intellectus nihil ponit circa obiectum. ergo sicut inuenit obiectum beatificum sic simplex et immediatum representat ipsum voluntati. ¶ 3^o sic. potentia que habet actum essentialiter in merito: habet actum essentialiter in premio. sed voluntas est huiusmodi. ergo etc. maior patet. quia si album in quantum est album et per se disgregat: hoc est per albedinem qua est album. sed merens in quantum est merens vel saltem per se premiatur ratione meriti quia conuenit omni et per se licet non soli cuius aliqui sint beati sine merito. sicut etiam ignis per se est calidus: quousque aliquis non ignis sit calidus vel per se vel per accidens ut aqua. ergo merens debet premiari secundum illud et per illud et secundum quod meruit. et pari ratione potentia que habuit essen-

tialiter actū in merito: habere debet actū essen-
 tialē in premio. dico autē potētia quia secus est
 de habitu. est enī aliquis habitus q̄ habuit essen-
 tialiter actum in merito sicut fides quia sine fide
 impossibile est placere deo: qui tñ nō hēt actū in
 patria quia nō manet sed potētia ibi manet. di-
 co autē qui habuit formaliter et subiectiue non
 quod in alio efficit sicut intellectus agēs quia re-
 pugnat beatitudini essentiali q̄ efficitur a po-
 tentia creata: sed debet recipi in ea. minor patet.
 quia diligere deū est per essentialit̄ actus merito-
 ri⁹. nec concludit ratio quin alie potētie possint
 beatificari vel accidentaliter vel organice vel ef-
 fentialiter vt intellectus: quia credere vel iudi-
 care est de essentia meriti sicut eligere. ¶ 4°. qz
 potentia essentialiter libera: est essentialiter bea-
 tificabilis. sed volūtas est h̄moi. ergo rē. maior
 patet. quia opposita nata sunt fieri circa idē: nō
 per accidēs sed per se. vnde cū salus beatitudi-
 nis ⁊ dānatio miserie sint opposita ⁊ nihil est p̄ se
 se dānabile dānatio perfecta. s. quo ad penā
 dāni et sensus nisi habēs vsum liberi arbitrii. er-
 go nihil est p̄ se beatificabile nisi habēs vsu li-
 beri arbitrii. q̄ autē parū illi beatificatur ē per au-
 ctoritātē. potētia autē p̄ essentialit̄ libera p̄ essentialit̄
 ē beatificabilis. sed volūtas ē h̄moi. ergo etē. Si
 dicatur q̄ intellectus agens est liber quia imma-
 terialis et tñ non est beatificabilis: dicendum q̄
 non omne immateriale est liberū nec omnis po-
 tētia immaterialis ē libera essentialiter: sed illa q̄
 est subiectum actus liberi. nō propter hoc q̄ ip-
 sum patitur: sed per hoc q̄ actus suus elicit⁹ vel
 imperatus est in potestate sua quod est de intel-
 lectu possibili et voluntate non de agēte qui pe-
 nitus agit de necessitate nature. tñ cum etiā po-
 tētie organice et pure actiue vt vegetatiua bea-
 tificentur in patria saltem accidentaliter toto cor-
 pore beatificato: non est negādum quin intel-
 ctus agens beatificetur per accidēs quia et actū
 naturalē in intellectu possibili multo nobili⁹ eli-
 ciet q̄ in via. hec petrus. ⁊ subdit q̄ iste rationes
 bene concludūt q̄ actus volūtatē essentialiter
 est de essentia beatitudinis actiue q̄ est in patria
 consistēs in delectatione dei et primi qui ē di-
 uitas ciuium superiorū et regnum dei non carēs
 felicitate politica. ¶ Contra eandē conclusionē
 arguit alij vt recitat durādus. primo quia bea-
 titudo cōsistit in actu nobilissimo. sed actus vo-
 luntatis est nobilior actu intellect⁹. ergo rē. ma-
 ior patet ex primo ethicoꝝ et decimo. minor
 probat. quia ille actus est nobilior in quo ⁊ fm
 quem sumus liberi: q̄ ille fm quem nō habem⁹

libertatem. sed fm actum voluntatis sumus li-
 beri non autē fm actum intellectus qui necessi-
 tatur ab obiecto. ergo rē. ¶ 2°. quia beatitudo
 cōsistit in operatione que elicitur a potētia per-
 fecta per nobilissimum habitū. sed volūtas per-
 ficatur nobiliori habitu q̄ intellectus. ergo in o-
 peratione volūtatē magis consistit beatitudo
 q̄ in operatione intellectus. maior patet vbi su-
 pra. minor probatur. quia nobilior habitus est
 charitas q̄ quicūq̄ alius vt patet per apostolū
 p̄ 1. Corin. 13. charitas autem perficit voluntatē.
 quare rē. ¶ 3°. in operatione illius potētie con-
 sistit beatitudo principalis: q̄ magis respicit ob-
 iectum sub ratione qua est beatificum. sed talis
 est voluntas magis q̄ intellectus. quare rē. ma-
 ior videtur manifesta quia operatiōes rationē
 sumunt ex obiectis. minor probatur. quia ratio
 obiecti beatifici est summū bonū et perfectum.
 sed sub hac ratione voluntas potissime respicit
 suum obiectum: cum ratio boni sit ratio obiecti
 voluntatis. ¶ 4°. in illo actu consistit principa-
 liter beatitudo: per quez perfectius intellectus
 vnitur deo. sed talis est actus volūtatē magis
 q̄ intellectus. ergo rē. maior patet quia beati-
 tudo nostra cōsistit in vnione ad summū bonū.
 minor pbatur quia vnio anime cū deo inchoa-
 tur in visione sed consumatur in delectatione q̄
 pertinet ad voluntatem. et iterum dicit hugo b̄
 sancto victore super septimum capitulum cele-
 stis hierarchie q̄ dilectio supereminet scientie ⁊
 maior est intelligētia. plus enī diligitur deus
 q̄ intelligatur ⁊ intrat dilectio vbi scientia foris
 stat. item quod est posteri⁹ generatione: est pri-
 us perfectione. sed actus voluntatis est posteri-
 or actu intellect⁹. ergo est perfectior. sed in per-
 fectione actu principalis consistit beatitudo. er-
 go rē. ¶ 5°. in optimo actu consistit beatitudo
 siue felicitas. sed actus voluntatis est melior a-
 ctu intellect⁹. ergo rē. maior nota est sed minor
 pbatur. quia ille actus est melior: quo efficimur
 meliores. sed per actum voluntatis dicimur bo-
 ni simpliciter loquendo et vnus melior altero.
 fm autē actū intellect⁹ null⁹ dicit⁹ bonus nec vn⁹
 melior alio loquendo simpliciter sed solum cū
 determinatione vt pote bonus clericus vel hu-
 iusmodi. quare et cetera. secundo qz ille actus ē
 melior: cuius oppositum est peius. sed dilectio-
 ni dei opponitur odium dei quod est peius ig-
 norantia vel infidelitate que opponit cogniti-
 ni dei. ergo diligere deum est melius q̄ cognos-
 cere ipsum. et sic patet minor. sequitur ergo cō-
 clusio. ¶ 6°. premiū respondet merito. sed meri

tum magis consistit in actu volūtatis q̄ in actu intellectus: ergo 2^o premium. ergo 2^o. ¶ 7^o. si in actu volūtatis nō cōsisteret b̄ritudo: tūc vidēs deus 7 non delectatus in ipso esset beatus. hoc autē est falsum. ergo 2^o. antecedēs patet sed probatur falsitas cōsequētis. quia si vidēs deū non delectaretur: posset tristari quia visio dei nō excludit tristitiā nisi inferat delectationē. qui autē tristatur miser est nam tristitia est quedā miseria et sic idē simul esset beatus 7 miser quod est im possibile. hec argumenta recitat durād² 7 sunt p̄ maiorē parte sumpta ex dictis hērici in suis quo libetis. ¶ Cōtra secundam cōclusionem et precedentē arguit scotus probādo q̄ beatitudo nō consistat formaliter nec essentialiter in vnica operatione. primo quia beatitudo cōsistit simul in actu intellectus 7 volūtatis. quod patet qz beatitudo consistit in perfecta vnione beatificabilis cum deo. hec autē concludit vnionē fm̄ omnem potentiam fm̄ quam anima est vnibilis deo. sed huiusmodi est tā intellectus q̄ volūtatis. quia sicut deus sub ratione qua est summū verū est immediatuz obiectum intellectus: ita sub ratione qua est summū bonuz est imediatum obiectum volūtatis. ergo 2^o. ¶ 2^o. per quaz virtutem aliquid mouetur ad terminū: per eandem quiescit in termino. sed tā per intellectum q̄ per voluntatē natura intellectualis mouetur in deū. ergo per vtrāqz potentiam in ipso quiescit. sed beatitudo est perfecta quies nature intellectualis in deo. ergo 2^o. ¶ 3^o. quādo ad perfectionē alicui⁹ in actu primo plura requirūtur: ad perfectionē eiusdē in actu secundo plura requirūtur. sed ad perfectionē nature rationalis in actu primo plura requirūtur. s. intellectus 7 voluntas qz si vna esset sine altera: non esset perfecta natura i actu primo. ergo ad perfectionē eius in actu secundo requiruntur multi actus secūdi istis primis correspondētes. ergo beatitudo q̄ est cōpletissima perfectio nature intellectualis: in actu secundo requirit istos duos actus secundos. maior probatur. quia natura non potest esse perfecte quiescens nisi quodlibet per se pertinēs ad eius naturalez perfectionem quiescatur. da enim q̄ aliquod tale non quietetur: ergo natura nō fm̄ quodlibet sui intrinsecuz quiescatur. ergo nō perfecte. perfectio enim quietatūna totius nature: includit p̄ se quietationem cuiuslibet actus primi per se pertinētis ad ipsam naturā. ¶ 4^o. quia augustinus dicit. 13. de trinitate q̄ beatus est qui habet quicquid vult. sed non tūc recte vult homo vnam operationem sed plures: quia si recte vult fruitionem

recte vult visionē sine qua non est fruitio. si etiā recte vult visionē: recte vult fruitionē. quia fm̄ anselmū. 2^o cur deus homo: natura intellectualis ad hoc accipit intellectum ad discernēdū bonum a malo: vt per voluntatem bonū diligat 7 malum odiat. Item ex eadez auctoritate si per vnam operationem potest habere quicquid vult aut ergo per operationem volūtatis: et tunc sequitur q̄ descriptio augustini equiualeat isti. beatus est qui vult quicquid vult. qz habere est velle cum ois operatio voluntatis sit velle. sed via tor vult quicquid vult. ergo ipse est hic beatus. Si autē illud habere sit per actum intellectus: tūc sequitur q̄ beat⁹ est qui intelligit quicquid vult. 7 tunc sequitur vt prius q̄ vel viator est beatus quia intelligit quicquid vult: vel oportet dicere q̄ istud habere non consistit in solo actu voluntatis nec solius intellectus nec in quacūqz vnica operatione. ¶ 5^o. qz beatitudo cōsistit in operatione quacūqz per quaz beatus distinguitur a non beato per se. sed beatus per se distinguitur a non beato per actum intellectus: quia beatus videt obiectum beatificum non autē non beat⁹. distinguitur etiā per actum voluntatis: quia si cause sint distincte 7 effectus. sed actus intellectus est causa actus voluntatis: quia ea posita ponitur ille actus et illa nō posita nō ponitur et remota remouetur. hec scotus in forma. ¶ Cōtra tertiam cōclusionem arguit petrus d̄ paludē dicens. in patria sicut in via ē duplex felicitas sicut speculatiua et practica: cum quicquid perfectionis ē in via eminentius sit in patria. loquendo ergo d̄ felicitate contemplatiua: illa consistit in actu intellectus: non solum pure aut essentialiter imo totaliter. ad quaz quicūqz actus voluntatis siue sit dilectio siue delectatio aut fruitio nō se habet essentialiter imo nec consequenter nec accidentaliter: quia non potest aliquis actus voluntatis sequi intellectum pure speculatiuū. ille enim speculatiu⁹ qui non dicit de prosequibili aut fugibili nūqz mouet. 3^o. de anima. et inde est q̄ habitibus speculatiuis in intellectu: nullus habit⁹ correspondet in voluntate: sed solum habitibus intellectus practici: sicut partibus prudentie correspondēt habit⁹ moralis in appetitu. ¶ 2^o. possumus loqui de beatitudine supernaturali actiua: et illa consistit in actu intellectus practici antecedēter sicut 7 ois actus voluntatis: 7 in actu voluntatis essentialiter: et in actu delectationis consequenter: vel fm̄ rem si differunt res: vel fm̄ rationem si differunt ratione tātuz. ciuitas enim ciuium supernorum et eorum felicitas consistit

in dilectione dei et sui proximi ordinata quale requirit illa, et sic potest dici beatitudo pax et regnum dei, sed principalitas est penes voluntatem, quia omnis cognitio practica ordinatur ad voluntatem sicut ad finem quia finis practice est opus secundum methaphysice. C. 3°. si loquamur de beatitudine prout dicitur statum aggregatum ex illa duplici felicitate: sic consistat quidem in actu utriusque essentialiter sed in actu intellectus principaliter: quia illud quod est minus in toto aggregato est principalius, huiusmodi autem est felicitas contemplativa non activa: cuius ista sit propter illam secundum philosophum, unde cum beatitudo sit finis et non ad operationem sicut ad finem: hoc est differenter, quia beatitudo contemplativa est omnium actionum finis sui generis et aliorum, unde est simpliciter finis licet non sit finis gratia cuius quia hoc est ipsum obiectum, sed beatitudo activa est finis actionum practicarum sed non omnium simpliciter, immo ipsa ordinatur ad contemplationem que sine illa posset turbari, dilectio ergo dei in patria licet non ordinet deum in aliud tamen ipsa et ordinatur in visionem sicut minus bonum eiusdem subiecti ad aliud maius bonum eius, sed in hac deductione dubium est quod beatitudo summa non habet fruitionem annexam sed beatitudo minor, scilicet activa, cum tamen dicat philosophus per methaphysice. 7. 9°. ethice, consideratio sapientie habet mirabiles delectationes et purissimas sortes, sed illud non est nisi mediante actu practico qui dicitur deum esse summum bonum vel summe amandum et huiusmodi, hec petrus, et subdit quod quatuor rationes secundo loco posite contra primam conclusionem probant illud quod dictum est de beatitudine practica.



Quartum ad ter-

tiuum articulum primo notandum est quod secundum communiter doctores theologos et philosophos beatitudo hominis seu felicitas ponitur duplex, una est intrinseca illi et formaliter dicta: et hec beatitudo potest adhuc subdividui quia vel accipitur prout includit omnem illud quod pertinet ad perfectionem beatitudinis hominis et secundum corpus et secundum animam: et sic accipit boetius beatitudinem quinto libro de consolatione diffiniens eam quod est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sic etiam capit beatitudinem augustinus, 13. li. de trinitate dicens quod beatus est qui habet quicquid vult et nihil mali vult, vel accipitur magis stricte pro illo quod inter omnia

bona hominis et omnes perfectiones humanas est optimum et perfectissimum, et sic beatitudo hominis ponitur eius optima et perfectissima operatio, Alia est beatitudo hominis extra ipsum suppositaliter existens, que obiective et effectively dicitur hominis beatitudo, et hec beatitudo est deus qui est simpliciter summum bonum, et dicitur beatitudo effectively: quia efficit hominem beatum causans in eo beatitudinem intrinsecam et formalem, scilicet denominatur formaliter beatus, dicitur autem beatitudo obiective: quia est proprium et immediate obiectum perfectissime operationis que dicta est beatitudo intrinseca hominis et formalis, Unde cum in presenti questione est questum utrum beatitudo hominis ultima consistat essentialiter in actu intellectus: non queritur de beatitudine obiectiva et effectiva hominis que est deus de qua in dubium non vertitur si consistat in actu intellectus an non: cum sit notissimum recte intellectus quod deus non sit actus vel operatio nostri intellectus, Item neque questio nostra querit de beatitudine intrinseca et formaliter dicta secundum primam acceptionem prout, scilicet includit omne illud quod pertinet ad hominis perfectionem vel secundum animam vel secundum corpus, nam impertinens et absque ratione questio moueretur: cum nulli dubium sit quod beatitudo sic sumpta complectatur omne bonum et omnem perfectionem tam corporis quam anime et tam intellectus quam voluntatis, ac pro hoc dubium non est quod beatitudo sic sumpta non consistit in solo actu intellectus, Restat igitur quod questio debeat intelligi de beatitudine intrinseca hominis et formaliter dicta secundum quod stricte accipitur pro prima et perfectissima hominis operatione que primo et immediate attingit summum bonum et beatitudinem que deus est.

Secundo

Notandum est quod quia beatitudo hominis est summum ac optimum bonum eius et ultimus finis ut in precedenti notabili fuit premissum: quocumque modo capiatur beatitudo siue formaliter siue obiective et effectively: necessario debet poni directe et per se obiectum voluntatis humane, nam bonum et finis in quibus huiusmodi: proprium et per se obiectum est voluntatis, et quia summum bonum est ad quod omnia alia bona referuntur et quod omne bonum in se complectitur: et ultimus finis est ad quem omnes alij fines ordinantur: consequens est quod primum et principale ac immediate obiectum voluntatis sit summum bonum et ultimus finis, ac per hoc et beatitudo ipsa quocumque dictorum modorum capiatur, nunc

est ita q̄ proprius voluntatis actus esse non p̄t
 primum & directe ac p̄ se eius obiectum sicut nec
 visio p̄t esse primum obiectum visus. tum quia
 omnis anime potētia p̄ suum proprium actum
 tendit in proprium & per se obiectum. & per con-
 sequens proprius actus potentie non est ipsum
 eius p̄ se obiectum. tum etiam quia primum ob-
 iectum voluntatis p̄cedit omnem ipsius actum.
 hoc enim est commune omnibus potentis q̄ mo-
 ventur a suis obiectis. non ergo p̄t actus vo-
 luntatis esse primum volitum quod est beatitu-
 do. tuz tertio quia nulla potētia anime fertur in
 suam propriam opationem nisi per actum refle-
 xum p̄ quem nūq̄ fertur in proprium & p̄ se ob-
 iectum: sed magis actu et opatione directa. seq̄-
 tur ergo efficaci ratiōe q̄ beatitudo siue forma-
 lis siue obiectiva vel effectiva nullo modo con-
 sistat in opatione voluntatis q̄ ad sui substan-
 tiam. ¶ Rursus in omni re que appetit aliquid
 tanq̄ finē eius & bonum ad extra. i. supposito di-
 stinctum: affectio & adeptio realis ipsius: ē finis
 & bonum appetentis ad intra. quemadmodum
 si aliquis appetat pecuniam tanq̄ finē & bonum
 ipsius: finis & bonum eius ad intra est adeptio &
 affectio pecunie. Cum ergo nullus actus vo-
 luntatis sit affectio vel adeptio vltimi finis & sum-
 mi boni quod est deus & beatitudo hominis ad
 extra: consequens est q̄ nulla operatio volunta-
 tis sit essentialiter beatitudo hominis ad intra.
 Probatio medie. quoniam tres ponūtur com-
 munitur actus seu opationes voluntatis. s. desi-
 derare amare & delectari: q̄q̄ delectari nō sit p̄-
 prie opatio. put primo libro dis. p̄. dictum fuit.
 sed nullum istorum proprie est adeptio vel affe-
 ctio aut habitio vltimi & summi boni. nam de-
 siderium ē actus vel opatio qua voluntas ten-
 dit in id quod nondum habet. constat autē q̄
 hoc non est assequi vel adipisci rē appetitam im-
 mo magis supponit rem esse non habitam et nō
 adeptam. amare etiam rem vel finē aut bonum
 aliquod: non est ex sui ratione illud assequi vel
 habere: eo q̄ amare se extendat ad bonum ab-
 sens sicut ad presens: & ad bonum non habitum
 sicut ad habitum. amamus enim absentes sicut
 & presentes. & q̄ est ex vi amoris: equale bonum
 eis optamus ac volumus. ¶ Si quis dicat q̄ a-
 mor ad absentes ē imperfectus ad presentes vero ē
 magis intimus & perfectus: non obstat proposi-
 to nostro immo iuuat. nam amor quātumcūq̄
 perfectus & intimus: non facit p̄ se & immediate rē
 amatam sibi presentē presentia reali: nec facit eā
 haberi et possideri ab amate: alioqui omnis res

intime amata esset habita et possessa realiter ab
 amante quod falsum esse constat. vnde dato q̄
 amor perfectus & intimus non eēt nisi ad presen-
 tes vt isti dicunt: p̄sentia eorum p̄ aliam opatio-
 nem q̄ per amare p̄supponeretur iam habita. et
 si iterū dicatur q̄ amare ex sui ratione ē vis vni-
 tiua amanti & amati s̄m dionisium: id est intelli-
 gēdum de vnione affectus: non p̄ realē presen-
 tiam qualem facit beatitudo formalis. & de hoc
 S. Tho. p̄ 2. q. 28. ar. p̄. delectari vero cui sit
 quedam quietatio & gaudium in bono ad pro-
 p̄supponit bonum iam affectum & habitum. nō
 enim ex hoc q̄ delectamur in aliquo: fit habitus
 & p̄sens nobis: sed magis econuerso quia ē habi-
 tum & p̄sens nobis: delectamur in eo. seq̄tur igitur
 q̄ delectari in bono non sit ipsa affectio vel
 adeptio aut possessio boni. Reliquitur igitur a
 sufficiente diuisione q̄ nulla opatio voluntatis
 est adeptio vel affectio beatitudinis q̄ deus ē.
 & p̄ consequens q̄ nullus actus voluntatis p̄t
 eē beatitudo formalis & ad intra. quia vt dedu-
 ctum est: illa operatio qua primo beatus affe-
 ctur vltimum finem & summum bonum quod est
 deus tanq̄ obiectum beatificum: est beatitudo
 formalis ad intra. Et in his duabus rationibus
 stat sentētiā: tota vis deductionis sci thome
 quam in hac distinctione adducit ad probandū
 primam et secundam conclusionē. quas placuit
 sentētiā hic adducere propter iuniores qui
 forte non aduerterēt motiua sancti doctoris et
 eorum efficaciaz. ¶ Ex quibus inferimus q̄ pa-
 rum facit ad propositum aduersariorum argu-
 mentari q̄ actus vel habitus voluntatis sit per-
 fectior q̄ actus vel habitus intellectus: ad pro-
 bandum q̄ beatitudo intrinseca & formalis exi-
 stat eēntialiter in actu voluntatis. nam sicut ex
 dictis sit manifestū: non habet actus intellectus
 q̄ in illo cōsistat essentialiter beatitudo pot̄ q̄
 actus voluntatis: propterea formaliter loquen-
 do quia perfectior illo est: sed quia actus intelle-
 ctus perfectissimus qui est visio diuine essentie
 est quedā affectio seu adeptio vltimi & summi
 boni quod ē deus. quam affectiōnē vel adep-
 tionem nullus actus voluntatis importat pro-
 ut fuit supra probatum. & iterum quia actus in-
 tellectus potest esse primum & per se volitum &
 primum obiectum voluntatis: non autem actus
 voluntatis vt supra patuit. Unde cum dicimus
 q̄ beatitudo hominis formalis & intrinseca ē p̄-
 fectissima & optima eius operatio: perfectionē
 ei tribuimus magis ex eo q̄ est adeptio & affe-
 ctio summi boni et vltimi finis: q̄ propter aliam

perfectionem quam habeat ex habitu vel potētia aut ex ipsa substantia actus: quāvis et quā ad huiusmodi perfectionē absolute loquendo: perfectior sit actus intellectus quā actus voluntatis ut infra probabitur. sed talis perfectio non est illi ratio formalis quā sit ipsa beatitudo substantialiter. Rursus nec est condicio faciēs ad propositum aduersarioꝝ quā actus voluntatis intimius et magis tendat ad deum sicut in obiectum beatificū. nam ex eo recte potest inferri quā beatitudo quā deus est sit magis et intimius obiectum voluntatis. sed inferri non potest recta consequentia quā ipse actus voluntatis quo tendit in obiectum beatificum sit beatitudo ad intra. putat sanctus thomas respondet in hac dis. q. p. ar. p. sub. ar. 2. ad. p. nā tendere in obiectum beatificum: non est ipsum ad ipsi et possidere quod est beatitudo formalis ad intra ut supra fuit probatum.

Tertio Morandum est quod ut est doctrina communis omnium doctorum: obiectum proprium voluntatis est bonum cognitum per intellectum et ab ipso sibi ut bonum presentatum. et quia omnis potentia anime siue affectiva siue cognitiua primo et directe fertur in proprium obiectum per suam operationem et in quodcumque aliud feratur fertur secundum quod participat rationem sui obiecti: ideo voluntas ferri non potest in aliquid sua operatione: quod non habeat rationem boni cogniti. ita quod omne bonum sub quacunque ratione voluntas in illud feratur: est primo cognitum ab intellectu et sub tali ratione ab eo voluntati presentatum ut bonum. ex quo fit ut quāvis quā ad aliquid voluntas moueat intellectus ad intelligendum: simpliciter tamen et primo intellectus mouet voluntatem. nā et si moueat voluntas intellectum ad exercitium sui actus: hoc non est nisi quia per intellectum proponitur voluntati tale exercitium actus: bonum esse. cum enim voluntas sit potētia ceca non cognoscēs: nisi proponeretur sibi ab intellectu aliquid esse bonum: nūquā ad id moueretur. unde omnem voluntatis actum necessario precedit apprehensio et cognitio intellectus: sed non omnem apprehensionem aut cognitionem intellectus precedit actus aut motus voluntatis. ita quod secundum ordinem et processum actuum utriusque potētie. putat mutuo se mouēt: statim in actu intellectus sicut in primo mouente prout. S. Tho. notat. p. q. 82. ar. 4. ad. 3. intellectus autem absque voluntate moueri potest: vel a principio intellectiuo alio. scilicet a deo quod est primum principium consiliandi: vel a naturali inclinatione ipsius intellectus secundum quā ad presentiam obiecti intelligibilis naturaliter mou-

uetur ad illud intelligendum sicut ad id quod est ipsius perfectio naturalis. et de principio motiuo alioz dicit illud sanctus thomas p. parte loco partime allegato. de naturali autem inclinatione vel appetitu: notat illud de veri. q. vel materia. 22. ar. 12. ad. 2. Nec est contra premissa quod. S. Tho. dicit. p. 2. q. 17. ar. 5. ad. 3. quod primus actus voluntatis ex rationis ordinatione non est: sed ex instinctu nature aut superioris cause. nam aliud est loqui de ordinatione rationis secundum imperium de qua ibi loquitur sanctus doctor: et aliud est loqui absolute de actu seu operatione intellectus. quia ordinatio rationis quā est secundum imperium: presupponit aliquem actum voluntatis ut ibi sanctus thomas docet. ar. p. itē presupponit alios actus rationis ut consilium et inquisitionem de agendis. unde ordinatio rationis secundum imperium non precedit omnem actum voluntatis. et tamē apprehensio et cognitio boni de qua hic loquimur: potest esse omni actu voluntatis. ad quā cognitionem potest voluntas moueri ad id appetendum absque ulteriori ordinatione rationis per imperium ex instinctu. scilicet nature quo voluntas naturaliter tendit in bonum cognitum: vel etiam ex motione superioris cause. scilicet dei. putat sanctus thomas dicebat loco preallegato. Ad quorum plenior est intellectus sciendum est quod intellectus duplicem habet cognitionem. unā sine discursu quā potest appellari intuitiua sicut est cognitio primorum principiorum siue complexorum siue incomplexorum quā oblata intellectui statim cognoscunt. et ista cognitionem non precedit actus voluntatis. alia cognitionem habet intellectus quā est discursiua seu ratiocinatiua per quā ex cognitione quorundam in cognitionem aliorum deuenit: eo quod oblata intellectui non statim cognoscuntur perfecte. et hac intellectus cognitionem potest precedere actus voluntatis desideratis cognoscere huiusmodi res et ad earum noticiam habendam mouētis intellectum. verum tamen hunc vel hos actus voluntatis semper precedit alius actus intellectus quo dicitur et proponit voluntati bonum esse inquire discursiue de noticia illarum rerum. **Ex** quibus inferitur quod simpliciter loquendo intellectus est superior et nobilior potētia quā voluntas. probat ex premissis. quia quanto aliquid magis habet rationem cause motiue respectu alteri: tanto est illo nobilior et perfectior. unde cum intellectus simpliciter loquendo sit prima causa voluntatem mouens ad suam operationem ut ex dictis patet: sequitur quod sit potētia nobilior illa. Accedit etiam ad id probandum quia potētie specificant. id est spiritum habent ex obiectis. illa ergo potētia est eminentior alia et perfectior cuius obiectum est simpliciter et magis absolutum. nā quanto aliquid est simpliciter: tanto magis accedit ad similitudinem dei qui est simpli-

diffimus ceteris paribus ac hoc est nobilius et perfectius. obiectum autem intellectus simpliciter est quod obiectum voluntatis. nam verum quod est obiectum intellectus accipitur secundum ipsam spiritum rei sine habitu ad aliam rem. ratio autem boni cum sit ratio appetibilis accipitur per comparationem ad aliud et convenit rei non secundum ipsam spiritum absolute quia nulla res creata est bona per suam essentiam sed per aliquid essentie additum ut boetius dicit libro de ebdo. unde. S. Tho. de veri. q. 21. ar. 5. humanitas inquit non habet rationem boni aut bonitatis nisi in quantum esse habet. natura autem vel essentia cuiuslibet rei create non est sui esse: sed esse participans ab alio. ex quo infertur quod licet bonitas absolute diceretur de re creata secundum esse suum substantiale: nihilominus adhuc remanet habere bonitatem per participationem sicut et habet esse participatum. deus vero est bonitas per essentiam in quantum eius essentia est suum esse. alias rationes plures tangit sanctus thomas in diversis locis ad probandam preminentiam intellectus ad voluntatem. et signatim contra ge. libro. 3. ca. 26.

Quarto Notandum est quod sicut philosophus docet per 1. de anima 2. 2. 7. metha. motus et operationes sunt suppositorum tanquam agentium et moventium. formis autem et partibus tribuitur motus vel actio non tanquam agentibus: sed tanquam principis vel instrumentis quibus agens agit et movet. unde proprie loquendo nec intellectus intelligit: sed est principium quo intelligens intelligit. nec voluntas amat: sed est principium quo amans amat. et quia idem suppositum est habens intellectum et voluntatem: idem est suppositum cognoscens per intellectum et amans per voluntatem. cum ergo dicitur quod intellectus proponit et ostendit voluntati proprium obiectum. scilicet bonum: est impropria locutio visum loquentium tollerata per figuram sine doctore posita parte pro toto. est enim sensus quod intelligens per potentiam intellectus proponit et ostendit volenti seu amanti proprium obiectum. scilicet bonum. ita quod idem suppositum ut est intelligens et cognoscens proponit et ostendit sibi ipsi ut volenti seu voluntati habenti bonum suum: quod sic ostensum volens percipit et cognoscit non ut volens sed ut est intelligens: et ad illud movetur affectu in quantum est volens. id est voluntati habens. verum quia intellectus et voluntas sunt principia quibus volens et intelligens habet motus suos et operationes: ideo huiusmodi motus et operationes ipsis potentibus intellectus et voluntatis accommodantur tanquam agentibus et moventibus aut motis: magis ex visu loquentium quam ex proprietate locutionis: et magis per figuram sine doctore posita parte pro toto ut dictum est. Ex quibus inferimus quod licet potentia intellectus ut et a-

lis potentia: maior est habeat inclinationem et appetitum naturalem ad actum proprium quam ad actum voluntatis: et potentia voluntatis contra magis inclinatur appetitum naturalem in actum proprium quod est velle quam in actum intellectus: suppositum tamen quod unum et idem est cognoscens et volens: appetitum rationalem illius magis vult in illum actum utriusque potentie magis inclinatur: quod perfectior et nobilior est et magis in ultimum et summum eius bonum conducit. unde volens potest magis inclinari in actum intellectus si nobilior sit: et cognoscens potest magis inclinari in actum voluntatis si melior sit. imo et eo modo quo dicitur consuevit intellectus intelligere et voluntatem velle: etiam voluntas magis inclinatur et magis tendit in actum intellectus si melior est et dignior sit quam in actum suum proprium. nam cum voluntas in nullum bonum tendat sua volitione nisi ab intellectu proponatur sibi ut bonum: consequens est quod in id quod proponitur sibi ab intellectu ut magis bonum: magis inclinatur et magis illud velit per illam regulam. sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis. Ad habendam autem comparationem actuum intellectus et voluntatis iuxta, propositum nunc secundum bonitatem et perfectionem: advertendum est quod ut. S. Tho. deducit de veri. q. 22. ar. 11. in cor. intellectus et voluntas et eorum actus tripliciter possunt ad invicem comparari. uno modo absolute et secundum se non respectu huius vel illius rei: et sic intellectus est eminentior voluntate. nam perfectio et dignitas intellectus et actus eius consistit in hoc quod res intellecta per suam spiritum est in intellectu. perfectio autem et dignitas voluntatis et actus eius consistit in hoc quod ordinatur ad aliquam rem nobilem et perfectam secundum esse quod res illa habet in seipsa. quia igitur per se simpliciter loquendo perfectius est et dignius habere in se nobilitatem alterius rei quam ad ipsam rem nobilem extra se existentem ordinari: consequens est quod secundum hanc comparationem absolute intellectus et voluntatis altior et perfectior est intellectus. Alio modo possunt intellectus et voluntas ac eorum actus comparari per respectum ad res circa quas sunt: et isto modo si res intellecte sint perfectiori modo in intellectu eas cognoscere quam in seipsis quemadmodum sunt res materiales et corporales: intellectus est nobilior et perfectior voluntate. eo quod res ipse nobiliori modo sunt in intellectu cognoscere quam in seipsis put voluntas ad illas ordinatur. quia in seipsis sunt materialiter et corporaliter: in intellectu vero sunt immaterialiter et spiritualiter. unde perfectius est et dignius cognoscere res corporales: quam illas amare. Tertio modo intellectus et voluntas ac eorum actus possunt comparari per respectum ad res divinas et sic loquimur in statu vice in quo res divine sunt

in intellectu nō impetio: mō q̄ in seipsis nec attingimus ad earū essentia: s̄m illud apostoli p̄^o Cor. 13. videm^o nūc per speculū in enigmate: volūtas eius actus digniores sunt et perfectiores intellectu et eius actu. vnde in statu perfectionis in nobis est amor dei q̄ ipsius cognitio. s̄m quē modū hugo de sancto victore exponens illud et calidū et acutū et superferuidum. 7. ca. celest. hierar. ait. dilectio supereminet sciētia maior est q̄ intelligētia. plus enī diligit q̄ intelligitur et intrat dilectio vt appropiaret vbi sciētia foris stat. verūtamen illud plus debet accipi intēsiue nō extēsiue: quia nihil pōt volūtas diligere nisi quod p̄cognitū est ab intellectu. nec isto modo intrat dilectio vbi foris stat sciētia. Si vero fiat comparatio intellect^o ad volūtatē et eōtra in statu patrie: sic pares vidētur eē in p̄fectione et dignitate q̄^m est ex parte rei cognite et amate. tantū enī in patria beatus diligit deū: quātū cognoscit et e contra. sed supereminet cognitio dilectioni et s̄m p̄mā cōparationē iparū potētiarum et earū actū que dicta est s̄m absolutā cōparationē: et iterū s̄m q̄ etiam in p̄ria intellect^o mouet volūtatē et ostendit ei summum bonū quod debeat summe diligere et eo frui. Voluntas autē in statu p̄rie nō videtur p̄prie dici motrix intellectus etiā ad exercitiū sui act^o. s̄. visionis diuine: eo q̄ obiecto p̄sente et intīmato intellectui perfuso lumine glorie: sufficiēter mouet intellectus ad videndū dei essentiam: et obiecta liter ab ipso obiecto clare ostenso: et effectiue a deo sua virtute et motione intellectū eleuante et ei vī tribuēte: et etiā ex naturali inclinatione intellectus ipsam impellēte ad sui perfectionē optimam et vltimatam habēdam. q̄ autem voluntas velit et sibi complaceat intellectus videre diuinā essentia: magis videtur esse per cōcomitantiā acceptādo et amando ipsam visionē: q̄ per modū imperij. non enī est opus imperio vbi et naturalis appetitus inclinatur et obiectum aperte oblatum inuitat et agens potēs et efficacis vī tribuit ad vidēdū. Itē p̄eminet in p̄ria intellectus volūtatē q̄^m ad hoc q̄ primo attingit per clarā visionem deum non solum in q̄^m est p̄mū et perfectissimum entū et omnium rerum prima causa: sed etiam in q̄^m est summū intellectualis creature bonum et obiectum beatificum ac sup̄ omnia esse diligendum: ante q̄ voluntas attingat deum per amorem aut fruitionē tanq̄ bonum adeptum et sibi p̄sens saltem p̄oitate nature. nisi enī intellectus totum id cognosceret et videret ac illud dīcāret et volūtatē ostenderet

nullatenus volūtas suo amore vel quavis aliā operatione summum bonum et obiectum beatificū attingere posset. vnde attingit seu affectio per intellectum summi boni in q̄^m est obiectum beatificum: non solum est prior natura attingit et affectio voluntatis: sed etiam est ipsius causa.

¶ Quinto Notādum est prout sanct^o thomas deducit p̄tra gen. li. 3^o. ca. 26. q̄ appetitus sub propria ratione appetitus non est aliqd̄ propriū intellectualis nature sed oibus reb^o naturalibus iest: q̄ suis non eodem modo sit in diuersis. que tamen diuersitas procedit nō ex ratione appetitus sed ex diuersitate cognitionis rerum. ille enī res que omnino cognitione carent: habēt appetitum naturalem tantum. qui appetitus licet non sequatur cognitionē ipsarum rerum: sequitur tamen cognitionē auctoris rerū. vnde et actiones rerū que ex suo naturali appetitu procedunt: magis attribuuntur auctori rez q̄ rebus ipsis. et hinc ē q̄ res naturales cognitione carentes: magis dicunt agi suis p̄prijis actionibus q̄ agere. res vero q̄ habēt cognitionē sensitiuā p̄cise: habēt cōsequēter et appetitum sensibile trīmodo sub quo irascibilis et concupiscibilis continētur. res vero q̄ habēt cognitionē intellectuā: habēt cōsequēter et appetitum cognitioni p̄portioatum. s̄. intellectiūm q̄ proprio nomine volūtas appellat. voluntas igit s̄m q̄ est appetit^o: nō est aliqd̄ p̄prium intellectualis nature: sed s̄m q̄ intellectus cognitionē seq̄tur et ab eo dependet. Ex q̄ bus inferimus q̄ voluntas sub ratione q̄ est appetitus: eodē modo se habet in omnibus rebus appetitum habentibus. nam vt habitum est sup̄ tota diuersitas appetitus in q̄^m appetitus est: p̄uenit ex cognitione rerum quarū est appetit^o. sicut ergo appetitus naturalis et appetitus sensitiuus se habēt in rebus q̄bus insunt: ita et appetitus qui est voluntas se habebit q̄^m est ex ratione appetitus. nunc autē sic ē q̄ nec appetit^o naturalis nec appetitus sensitiuus est finaliter p̄pter se aut p̄pter suum p̄prium actum sed propter aliquam aliam p̄fectionē rei. ergo cōsimile erit de appetitu qui ē volūtas. Probatur assumptum ratione et experimento. ratione: quoniam appetitus ex sua formali ratione non est aliqd̄ q̄ vis seu potentia qua res habēs appetitum in aliqd̄ inclinatur et in eo habito quiescit. actus vero p̄prijus ipsius est inclinatio seu inclinari in aliqd̄ quod alijs nominibus dicitur tendere vel appetere aut in re habita quiescere. sed illud aliqd̄

in quod finaliter res inclinatur vel tendit: non est ipsa vis vel potentia quae res in illud tendit nec est ipsum inclinari vel tendere quo formaliter in illud tendit. ergo appetitus quicumque sit sub ratione propria appetitus non est finaliter et ultimatè propter aliquem actum vel motum suum: sed semper ipsa potentia appetitus et actus eius ad aliquid ulterius ordinatur. Experimento autem id probatur primo de appetitu naturali. nam appetitus corporis grauis et eius actus. scilicet appetere locum deorsum et motus consequens ad locum deorsum nondum habitum et quies in eo iam habito: non sunt propter se finaliter et ultimatè. et de appetere et moueri ad locum deorsum: manifestum est quia uterque actus est sicut via quia tendentia et motus rationem habent. via autem non est propter se sed propter terminum. idem etiam apparet de quiescere in loco habito. non enim corpus graue quiescit in loco deorsum propter ibi quiescere finaliter: sed propter sui conseruationem in eo loco sibi conaturali. et simile est de omni appetitu naturali. idem etiam patet de appetitu animali vel sensitiuo. nunquam enim appetitus sensitiuus est finaliter propter actum suum: sed semper propter aliam perfectionem per actum suum acquirendam vel conseruandam. non enim animalia appetunt cibum non habitum nec delectantur in cibo habito propter ipsum appetere aut amare cibum nec propter quiescere in cibo habito: sed propter sumptionem cibi et ulterius propter conseruationem nature. ad hoc enim datus est animalibus appetitus sensitiuus ut mediante illo prosequantur conuenientiam suae nature et fugiant nocua. Consequens ergo est quod pari modo appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas non sit finaliter et ultimatè aut propter se aut propter suam operationem: sed propter aliquam aliam perfectionem hominis cuius est appetitus. ultima autem perfectio hominis consistit in perfectissima eius operatione. unde cum in homine dari non possit perfectior aut eque perfecta operatio ad quam voluntas et operatio ipsius ac motus ordinentur et propter quam finaliter sint nisi operatio intellectus: sequitur quod voluntas et eius operatio vel motus sint finaliter et ultimatè propter operationem perfectissimam intellectus.

Sexto Notandum est quod diuisio felicitatis seu beatitudinis humane in contemplatiuam vel speculatiuam et practicam: accipitur secundum diuisionem vite actiue et contemplatiue. que etiam accipitur secundum diuisionem intellectus practici et intellectus speculatiui: eo quod vita proprie humana est secundum intellectum viuere. est autem vita contemplatiua que principaliter intendit contemplationi veritatis. vita vero actiua dicta est quia principaliter

intendit exterioribus actionibus. et de his sanctus thomas secunda secunde questione centesima octogesima articulo primo et secundo. quod ergo felicitas seu beatitudo hominis consistit in ultima et optima eius operatione: relinquitur quod felicitas seu beatitudo contemplatiua consistat in optima et perfectissima consideratione veritatis: et felicitas seu beatitudo actiua consistat in optima et perfectissima actione exteriori vna vel pluribus. Ex quibus inferimus quod quia vita actiua proprie loquendo non manet in patria: quod felicitas seu beatitudo practica in beatis proprie non manet. veritas antecedens habetur sententia domini Luce decimo cum dicit martha. martha sollicita es et turbaris erga plurima: porro vnum est necessarium: maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. ex quibus verbis habetur expresse quod vita actiua solitudinem habet temporalium et turbationem erga plurima que non sunt in patria: et quod aliquando deficiet scilicet post statum huius vite. unde augustinus in libro de verbis domini exponens illud turbaris erga plurima ait: id est circa multa occupata. vult enim homo occurrere quando ministrat et aliquando non potest. queritur quod deficiat: paratur quod adest: distenditur animus. nam si martha sufficeret: adiutorium sororis non posceret. multa sunt: diuersa sunt: quia carnalia sunt quia temporalia sunt. et infra exponens illud maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea: inquit. non tu malam sed illa meliorem. unde meliorem: quia ab ea non auferetur: a te auferetur aliquando omnis necessitas. non enim curis ueneris ad illam patriam: inuenies peregrinum quem suscipias hospitio: sed bono tuo auferetur ut quod melius est detur. auferetur a te labor ut requies detur. tu nauigas: illa in portu est. eterna enim est dulcedo veritatis. Idem augustinus de questionibus euangeliorum: martha inquit significat ecclesiam que excepit dominum in cor suum. maria soror eius que sedebat ad pedes domini et audiebat verbum illius: significat eandem ecclesiam sed in futuro seculo ubi cessans ab opere ministerioque indigentie: sola sapientia perfruitur. quod autem conueritur quod soror eius eam non adiuet: occasio datur sententiae domini qua ostendit istam ecclesiam sollicitam esse et turbamam erga plurima cum sit vnum necessarium ad quod per ministerium huius merita peruenitur. maria ergo dicitur optimam partem elegisse: quia per hanc ad illam tenditur et non auferetur. Denique gregorius sexto moralium dicit. per mariam que verba domini residens audiebat contemplatiua vita exprimitur. per martham

exterioribus obsequiis occupata: actiua vita significatur. sed marthe cura non reprehenditur: marie vero laudatur: quia magna sunt actiue vite merita: sed contemplatiue potiora. vnde nec auferri vnq̄ marie pars dicitur quia actiue vite opa corpore transeunt: cōtemplatiue autē gaudia meli⁹ et sine cōualescunt. Rursus glosa marginalia et est bede super lucam super illud maria optimam partem et c̄: dicit. ecce pars marthe non reprehenditur sed marie laudatur. neq̄ enim bonā partē elegisse mariam dicit sed optimam: vt etiā pars marthe iudicaretur bona. quare autē pars marie sit optima: subinfert̄ cum dicitur. que non auferetur ab ea. actiua etenim vita cum corpore deficit. quis enī in eterna patria panem esurienti porrigat vbi nemo esurit: quis potuz tribuat sicuti vbi nemo sitit: quis mortuū sepeliat vbi nemo moritur: cui⁹ presentē ergo seculo vita auferetur actiua. contemplatiua autē hic incipitur et in celesti patria p̄fici. quia amoris ignis qui ardoze inchoat cum ip̄m quē amat viderit: in amore semper amplius ignescit. cōtemplatiua ergo vita minime auferetur quia subtracta presentis seculi luce: perficitur. Confirmat̄ cōclusio nostra correlariā rōne. qm̄ felicitas seu beatitudo patrie cum sit vera et p̄p̄dicta: consistit in optima et vltima opatione hoīs ad quā omnes cetere ordinant̄ et illa ad nullam vltioriē. sed omnis opatio practica etiā suprema: ad aliā vltioriē ordinat̄ siue sit practica circa agibilia siue sit circa artificialia. put̄ sc̄tis thomas efficaciter deducit contra gen. li. 3. capi. 34. et. 35. et. 36. cui deductioni breuitatis causa lectorem remitto. Neq̄ obstat q̄ in patria beati sint optime dispositi et vltimate perfecti q̄ ad prudentiam et virtutes ac ipsarum actus de quibus est intellectus practicus ita vt in agendis nihil peruersum aut non rectum illis cōtingere possit. quoniā talis beatorū dispositio et perfectio: ex vera beatitudine contemplatiua puenit. s. ex coniunctione ad deum: per visionem diuine essentie primo: et per eius dilectionem ac fruitionem secundo. per quam coniunctionē ad deum qui est regula veritatis ac rectitudinis: beati sunt confirmati in bono vt nec circa agēda nec circa cognoscenda vllō modo errare possint prout sanct⁹ thomas de angelis docet. p̄. p. q. 62. arti. 8. et vniuersaliter de beatis in de veritate. q. 24. arti. 8. vnde sanctus doctor. 2. 2. q. 181. arti. 4. ostendit q̄ vita actiua non maneat post hanc vitam. et articulo primo eiusdem questionis in responsione ad tertium dicit q̄ sicut virtus que ordinatur in finem alterius virtutis transit quodā modo in

speciem eius: ita etiam quando aliquis vitatur his que sunt vite actiue soluz prout disponit ad cōtēplationē: cōprehendunt sub vita cōtēplatiua.



Quantum ad ar

ticulū quartū respondendū ē obiectionibus cōtra conclusiones. Et quidē ad primū argumentū scoti contra primā conclusionē dicitur p̄mo q̄ minor est falsa. nam imediat⁹ tendit in deum sicut in obiectū beatificū operatio intellect⁹ in quod act⁹ volūtatis non tēdit nisi mediante et p̄uio actu intellect⁹ quo ostendit̄ volūtati deum esse summū bonū et obiectū beatificū ac p̄ hoc esse summe amandū. vnde nulla ratione de⁹ attingit̄ a volūtate p̄ suū actuz: fm̄ quā non p̄us attingat̄ ab intellectu. fallitur autē arguens putans q̄ quia bonum est obiectum voluntatis: q̄ ratio boni non apprehēdatur ab intellectu. quod est falsum. nam vt in tertio notabili deductum fuit: omne bonum in quod fertur voluntas et sub quacūq̄ ratione in illud feratur: primo cognoscitur ab intellectu et per illum p̄ponitur et intimatur voluntati: ita vt nihil omnino a voluntate attingitur p̄ propriū actū: quod p̄ius nō attingit̄ intellectus per suam operationem. Dicitur secundo q̄ argumentum peccat per fallaciā fm̄ non causam vt causam. nam vt deductus fuit in secundo notabili: tendere in obiectum beatitudinis mediati⁹ vel immediati⁹: non est condicio faciens per se actum alicuius potentie eē beatitudinem formale. sed condicio conferēs ad hoc per se est q̄ talis tendentiā sit adeptio seu affectio prima et imediata obiecti beatitudinis quod est deus. talis autem adeptio non est per aliquē actū voluntatis p̄ se loquēdo. put̄ in secundo notabili fuit probatus. ¶ Ad. 2. dicit̄ q̄ ordine nature actus volūtatis ordinat̄ ad actū intellectus et signat̄ respectu beatitudinis. qz vt. S. Tho. deducit. p̄. 2. q. 4. ar. 4. in cor. rectitudo voluntatis requirit̄ ad beatitudinē et antecedenter et concomitanter. iuxta qd̄ domin⁹ dicit mathei. 5. beati mundo corde qm̄ ipsi deū videbunt. quod exponens chrisostomus inquit. mundos hic ait vel eos qui vniuersalem virtutē possident et nullius sibi malicie conscī sunt: vel eos qui in tēperantia consistūt que maxime necessaria ē ad vidēdū deum. et his consonat̄ ap̄lus hebreorū vltimo dicens. pacem sequimini cū omnib⁹ et sanctimoniam sine qua nemo videbit deū. ex quib⁹ auctoritatib⁹ plane accipit̄ q̄ bonitas volūtatis ordinat̄ ad bonum intellectus. Ad auctoritatē anselmi dicit̄ q̄

non sic iacet sicut arguēs allegat. sed quod ibi videtur facere ad ppositū arguētis: illud precipue ideo naturarationalis est vt discernat inter iustū et iniustū inter bonū et malū inter maius bonum et min⁹ bonum: alioquin frustra facta esset rationalis. et infra. ad hoc itaq; factā esse rationalē naturam certū est: vt summū bonū sup omnia amaret non ppter aliud sed ppter ipsum. Sed ista reuera parū faciūt ad intētiōē arguētis. quia aliud est loqui de rationali natura q̄ includit intellectū et volūtātē: et aliud est loqui de intellectu p comparationē ad voluntatē. nam quia rōnalis natura cōprehēdit intellectū et voluntatē que principaliter ordinat ad amādū deū: frustra esset rōnalis natura saltē q̄^m ad vnā sui partem. s. volūtātē si nō amaret deū tanquā sumū bonū. et nisi discerneret inter bonū et malū et inter mai⁹ bonū et minus bonū: frustra esset q̄^m ad aliā partē intellect⁹ qui ad illud datus est rōnali nature. non tanquā eius finis vltimus: sed tanq̄ cōsequēs ad intellectum. eo modo quo ppheta dicit. inclinavi cor meum ad faciēdas iustificaciones tuas in eternū ppter retributionez. vbi ppositio ppter non tenet causaliter sed cōsecutiue. Clertamen infra in eo dē caplo quod arguēs allegat anselmus tenet qd̄ facit pro nra cōclusionē: et ordinat act⁹ voluntatis ad actū intellect⁹ qui est assecutio vltimi finis dicens. q̄ si ad summū bonum eligendū et amandū iusta facta est. s. rationalis natura: aut talis ad hoc facta est vt aliquando assequerē qd̄ amaret et eligeret aut nō. sed si ad hoc non iusta est facta vt quod sic amat et eligit assequat: frustra facta ē talis vt sic illud amet et eligat. hec anselm⁹. in q̄bus verbis aperte colligit q̄ eligere et amare summū bonum ordinat ad ei⁹ assecutionez q̄ consistit in visione diuine essentie. ex quo etiaz patet q̄ fm anselmū assecutio summi boni non ē ipm eligere vel amare. ¶ Ad. 3^m. negat minor. et ad ei⁹ p̄bationem dicit q̄ si perfectio in fine vltimo capiatur tanq̄ in obiecto: ppositio est vera loquēdo de appetitu naturali volūtatis. sed sic sumpta ppositio non militat cōtra nos. nam et nos cōcedim⁹ q̄ perfectio volūtatis quā habet p actū suū est q̄ ferat in finē vltimū sicut in obiectū et hoc plus appetit voluntas. si aut̄ capiat perfectio voluntatis in fine vltimo quasi act⁹ eius sit finis vltim⁹ aut quid summe apētēdum a volūtate tanq̄ obiectū finale: falsa est ppositio. nō enim tanq̄ summū bonū et obiectū beatitudinis appetit voluntas recta actu libero magis actū suū q̄ actū intellectus imo minus cū sibi pponat ab intellectu actus su⁹. s. visio diuine essentie vt pfect⁹ et nobilius bonū. naz

charitas q̄ perficit voluntatem maxime in beatis nō querit q̄ sua sunt p⁹ Lozin. 13. quod exponens augustin⁹ in regula dicit. qz cōmunia pprijs nō ppria cōibus anteponit. et de hoc lat⁹ fuit dictum in quarto notabili. ¶ Ad. 4^m. pōt respōderi p illud quod respōder. S. Tho. ad simile argumētū in hac dis. q. p^a. ar. p^o. sub. ar. 2. ad. 3^m. q̄ charitas per hoc q̄ est altior virt⁹ ceteris q̄ sunt in via: non habet q̄ act⁹ ei⁹ sit substātia ipsa beatitudinis: sed vel inclinatio in ipā sicut in statu vie: vel q̄tatio in ipsa sicut i statu p̄rie. p̄dōt etiā respōderi negādo cōsequētā primā. nō enim sequit q̄ si volūtas pficiat in via pfectiori bitū q̄ intellectus: q̄ ideo eius capacitas sit maior. nō enī hoib⁹ dant̄ dona gratuita fm capacitatē naturalē quē ad modū angelis. put libro secūdo dictū fuit. imo capacitas intellect⁹ ē maior naturaliter q̄ se extēdit ad entia et nō entia et bona et mala et ad res necessarias circa quas pprie nō est volūtas. vñ nō sequit q̄ in p̄ria volūtas sit capax pfectioris bitus q̄ intellectus: s̄ magis ecōtra. nā intellect⁹ beati est capax luminis gl̄ie qd̄ precellit bitum charitatis. ¶ Ad. 5^m. respōdet durād⁹ q̄ si de potētia dei absoluta intellect⁹ dare videret deū et volūtas nō delectaret in ipso: hoc nō esset qz visio intellect⁹ nō esset sufficiens q̄^m est d̄ se q̄tate maxime volūtātē: sed qz phibetur diuina virtute cōsecutio talis q̄tatiōis. et tūc hō btūs esset in habēdo illud qd̄ iter omnia bona humana est potissimū: sed nō in habēdo q̄cqd̄ natū est cōsequi ad ipm. neq; tū ex hoc posset inferri q̄ talis beat⁹ qz nō delectat̄ de visione dei: posset de ea tristari et sic miser esse. qm̄ tristitia non pōt esse nisi de aliquo apprehenso sub rōne mali et noliti. deus autē et visio ei⁹ si ponatur sola: non pōt habere rationē mali et noliti. et ideo quāvis posset virtute diuina actus delectationis suspendi ne sequatur ad visionē: non tū in vidente deum pōt causari tristitia nec de deo nec de visione dei. hec durandus et bene. Ad cōfirmationē dicit q̄ quia essentiererū constāt suis limitibus et sunt sicut numeri prout phs dicit. S. metha. quibus addita vlt̄ subtracta vnitāte non manent eedem: ideo essentia beatitudinis vel cuiuscūq; alterius rei non esset pfectior imo destrueretur si aliquid sue essentie adderetur. vnde et cōiter a doctoribus tenetur q̄ deus non potest facere aliquam rem meliorem q̄ ipsa sit q̄^m ad bonitatem essentialē. ac per hoc falsum est q̄ beatitudo esset pfectior q̄^m ad perfectionem essentialē si delectatio esset de ei⁹ ratione. et loquimur nūc d̄ beatitudine nō prout importat aggregationē oīum bonoz: sed. put cōsistit in optima et perfectissima operatione intel-

lectualis nature. ¶ Ad. 6^m. dicit primo q̄ antecede-
 des est falsus. licet enī tristitia consequat̄ natura-
 liter ad penā: nō tamē est idē essentialit̄ quod pe-
 naritas om̄is pena ess̄ tristitia. et sic abasio mē-
 bri vel exustio corporis non essent pene corpora-
 les nec essent quid penale patiētib⁹ nisi quia illuz
 contristarent quod ē ridiculū. neq; valet proba-
 tio antecedētis. nō enī pbat̄ q̄ pena essentialit̄ er-
 sit tristitia per hoc q̄ voluntas omnē actum suuz
 elicit volūtariē ac delectabiliter: aut quia nullum
 voluntariū est penale: sed est fallacia p̄sequentis.
 Dicitur secūdo q̄ prima cōsequētia nō valet etiā
 si pena esset idē quod tristitia. qm̄ pena et p̄miuz
 nō sunt opposita fm̄ suas rōnes formales. imo pe-
 na quādoq; appellat̄ premiū maloz operum. vnde
 ap̄ls iRo. p̄ post peccata quorundam enume-
 rata: penas quas de illis inflixit: vocat mercedē
 suoz operuz dicens. mercedē quā oportuit erro-
 ris sui in semetipsis recipiētes. merces aut̄ premi-
 um est quod reddit̄ pro operib⁹. item redditio v̄l
 retributio pro opibus: p̄miuz appellatur. sed eq̄li-
 ter dicit̄ pena reddi pro malis opibus sicut et pre-
 mium pro bonis. vnde apostolus ibidem secun-
 do cap̄lo cōmuniter vtitur verbo redditiois p̄
 malis operibus et pro bonis dicēs. qui reddit vni-
 cuiq; fm̄ opa eius. his quidē qui fm̄ paciētiaz bo-
 ni operis: gloriā et honore et incorruptionē que-
 rentibus vitam eternā. his aut̄ qui sunt ex contē-
 tione et qui nō acquiescunt veritati: ira et indigna-
 tio tribulatio et angustia in omnē animaz hois
 operantis malū. et multa similia sunt in sacra scri-
 ptura quibus pena maloz dicta est premiū suozū
 operum. Et per hec patet respōsio ad confirma-
 tionem q̄ fundat̄ in predictis falsis. si autēz tristi-
 cia dicatur per se consequens ad penā: et gaudiuz
 per se consequēs ad premiū: nō militat cōtra nos
 cum dicamus q̄ gaudiū et delectatio cōsequitur
 per se ad beatitudinē essentialē sicut eius propria
 passio. ¶ Ad argumēta alioz que recitat petrus
 de palude cōtra eandē cōclusionē: ad primū dicit̄
 q̄ non aliud cōcludit nisi q̄ potētia fm̄ quā atten-
 ditur imago dei est capax et particeps beatitudi-
 nis quod nos nō negamus. sed non inde pbat̄ q̄
 pertineat essentialit̄ ad beatitudinē. sufficit enī
 ad veritatē prime p̄positionis: q̄ participet beati-
 tudine vel antecederet vel consequēter: qd̄ nos
 de actibus voluntatis concedimus. ¶ Ad. 2^m. di-
 citur q̄ minor est falsa. quoniam vt deductum fu-
 it in tertio notabili: nullus actus voluntatis pōt
 ferri in propriū obiectū etiam in obiectum beatisi-
 cū nisi mediante et p̄uio actu intellectus. item
 sicut probatum fuit in secundo notabili: per nullū

actum voluntatis sit obiectum beatificum p̄sens
 et adeptum mēri nostre quod est de ratione ope-
 rationis in qua essentialit̄ cōsistit beatitudo vt
 ibi probatum fuit. q̄ autem dicit voluntatē in pa-
 tria esse perfectissimam quia imediate in obiecto
 suo inuenit rationem om̄is sui boni: dicitur q̄ si
 aduerbium imediate capiatur per negationē alte-
 rius obiecti voluntatis. l. boni creati p̄out argu-
 ens videtur capere: non sufficit ad probanduz q̄
 actus volūtatis sit essentialit̄ beatitudo: sed re-
 quiritur vlt̄ius q̄ sit actus imediatuz per p̄ua-
 tionem alterius actus p̄uui primo attingentis
 obiectuz beatificum quod non competit alicui a-
 ctui voluntatis. cum autem dicit q̄ actus intelle-
 ctus nihil ponit circa obiectū: dicimus q̄ ad bea-
 titudinē formalem non requirit̄ q̄ aliquid ponat
 p̄p̄ie loquendo circa obiectū beatificuz: sed req̄-
 ritur q̄ ponat et faciat obiectū beatificū esse p̄-
 sens menti et a mēte habitum. ¶ Ad. 3^m. respon-
 det. S. Tho. 8. quodlibet. ar. 19. q̄ meritū consi-
 stit in agendo: premiū autem in recipiēdo. actio
 autem primo pertinet ad volūtatez quia ipsa mo-
 uet omnes alias vires. sed receptio primo p̄tinet
 ad intellectū q̄ ad volūtatem. vnde premiū pro
 priuz attribuitur intellectui: meritum aut̄ volun-
 tati. Cum aut̄ arguens dicit q̄ merēs debet p̄mia-
 ri fm̄ illud et p̄ illud p̄ quod et fm̄ qd̄ meruit: did-
 mus q̄ id non est necessarium. nam qui vadit ad
 ecclesiam beati petri ad lucrandum indulgentiā
 pedibus vadit et pedibus accorpoze meretur: sed
 premium non corpozi aut pedibus primo et per
 se datur sed anime. ¶ Ad. 4^m. dicit q̄ p̄cedit ex
 falso supposito. supponit enim q̄ libertas sit ratio
 formalis qua potētia est btificabilis. hoc autē est
 falsum. nam vt bene arguit durandus si p̄pter li-
 bertatem ponere felicitas in actu voluntatis: de-
 beret poni in actu libero et non in actu necessario.
 sed actus volūtatis respectu dei in patria: erit ne-
 cessarius et non liber. non necessitate coactionis
 sed naturalis inclinationis: siue in diligendo deū
 amore beniuolentiē: siue fruendo deo amore con-
 cupiscentiē. ex quo sequit̄ q̄ in nullo actu volun-
 tatis in patria consistit beatitudo. et ita argumen-
 tum retorquet̄ contra arguentē si eius supposituz
 sit verum. ¶ Ad argumenta tertio loco inducra
 cōtra eandē cōclusionē respōdet durandus q̄ illa
 recitat ad primū q̄ minor est falsa quia imo econ-
 trario act⁹ intellect⁹ est nobilitoz actu voluntat̄.
 et ad eius p̄bationem dicit q̄ capiēdo libertatez
 p̄t̄ opponit̄ coactioni: minor ē falsa. quia ita ē li-
 ber actus intellect⁹ sicut actus voluntatis. q̄ cir-
 ca actū p̄p̄rium nulla potētia cogit̄. p̄bat illd̄. qm̄

illud dicitur coactum quod est contra inclinationem rei. cum ergo omnis potentia habeat naturalem inclinationem ad actum. proprius: consequens est quod circa illum non cogatur. ac per hoc sicut voluntas non potest cogi circa proprium actum: ita nec intellectus. si autem capiatur libertas. putat opponitur necessitati naturali: respondet quod maior est falsa vis sumpta. alias nobilitas actus esset in deo velle et amare alia a se quam amare seipsum. quam alia a se deo vult libere: seipsum autem vult ex necessitate nature. et etiam in nobis nobilitas esset voluntas eorum que sunt ad finem quam libere volumus: quam voluntas finis que necessario volumus. hec autem omnia falsa sunt. ¶ Ad. 2^m. respondet quod licet charitas inter habitus vite sit nobilior: non tamen est simpliciter nobilior omni habitu: quia lumen glorie est nobilior charitate. nec oportet quod habitus qui est precipuus respectu meriti: sit precipuus respectu premii cum meritum et premium quasi contrarias condiciones habeat. breuius tamen respondet sanctus thomas ad hoc argumentum sicut patuit supra ad quartum scoti. ¶ Ad. 3^m. respondet in sententia sicut responsum est ad primum scoti per interemptionem minoris. et si arguatur quod obiectum beatificum habet rationem beatificantis in quo bonum: bonum autem est obiectum voluntatis: respondet quod bonum cadit per se et per prius sub obiecto intellectus quam voluntatis. sed quia bonum est obiectum voluntatis adequatum non autem intellectui qui tendit in aliquid commune. in ens et in tota rationem entis: ideo magis consequitur dici quod sit obiectum voluntatis quam intellectus. hec durandus. Sed breuius et magis ad rem respondet. S. Tho. in hac dis. q. 1^a. ar. 1^o. sub. ar. 2. ad. 1^m. quod ratio illa ostendit quod beatitudo sit in voluntate sicut sui obiectum non autem quasi actus eius. Sic etiam respondet contra gentiles libro tertio capitulo. 26. ad. 1^m in contrarium. non enim inquit si felicitas per hoc quod habet rationem summi boni est obiectum voluntatis: propterea necesse est quod sit subalter ipse actus voluntatis. immo ex hoc ipso quod est primum obiectum voluntatis: sequitur quod non sit actus eius. ¶ Ad. 4^m. respondet negando minorem. et ad eius probationem respondet quod consumatio que beatitudo consumatur in dilectione: est accidentalis beatitudini. nam ipsa delectatio est quedam accidentalis perfectio precedentis operationis. vnde consumatione essentiali in sola visione consumatur beatitudo. Sed ad hoc argumentum respondet sanctus thomas loco prime allegato ad. 5^m. quod per affectum homo perfectus deo coniungitur quam per intellectum: in quo coniunctio que est per affectum superuenit perfecte coniunctioni que est per intellectum perficiens et decorans eam. sed tamen oportet quod prima coniunctio sit semper per intellectum.

autem hugonis respondet durandus quod intelligitur pro statu vite prout dictum fuit in quarto notabili. Ad illud autem quod additur quod id quod est posterius generatione est prius perfectione: respondet quod habet veritates quando id quod est posterius se habet in respectu alterius subratione materie vel subiecti. sed inter perfectiones terminantes generationem: prior est etiam perfectior. sicut forma substantialis est prior generatione: et etiam est perfectior ordine nature quacumque forma ipsam consequente naturaliter. visio autem et dilectio aut delectatio non se habent ut materia et forma: sed sicut due perfectiones quarum secunda ordinatur ad primam. ¶ Ad. 5^m. respondet negando minorem. et ad primam eius probationem dicit quod minor est falsa. nam potest aliquid dici bonum simpliciter et absolute quia est in se perfectior. et talem bonitatem magis habet homo per intellectum quam per voluntatem. vnde scientie sunt simpliciter meliores habitibus perfectioribus voluntatem. alio modo potest aliquid dici bonus bonitate relata et ordinata ad aliquid acquirendum vel agendum: et sic aliquid homo dicitur magis bonus per voluntatem et per actus perfectiores appetitum quam per intellectum. sed quia hec bonitas habet rationem meriti: respicit meritum. prima autem magis respicit premium. et ideo simpliciter et absolute meliores sunt actus habitus intellectus quam voluntatis. Ad secundam probationem eiusdem minoris dicit quod cum dicitur illud est maius bonum cui opponitur maius malum: dicendum quod ibi est duplex defectus. primus quod illa propositio est intelligenda in bonis disparatis quorum unum non supponit alterum ut si dicatur quod iusticia est melior liberalitate et iniusticia peior illiberalitate. sed inter bona quorum unum supponit alterum: non habet locum. sicut non sequitur. euechia est maius bonum quam sanitas: ergo cacochia est maius malum quam egritudo. quia euechia includit sanitatem non e converso ut apparet ex. 2^o ethicorum. similiter in proposito diligere includit cognoscere et non e converso. et ideo non oportet quod si odire est maius malum quam ignorare: quod ipsum diligere sit maius bonum quam cognoscere. Secundus defectus est quia ibi non est utrobique uniformiter oppositio. quia odium opponitur dilectioni contrarie. sed ignorantia non opponitur cognitioni contrarie sed privative vel contradictorie. hec durandus. et concordat his que docet. S. Tho. prima secunde. q. 66. arti. 3^o. ¶ Ad. 6^m. respondet in sententia sicut responsum est ad tertium eorum que recitat petrus de palude. ¶ Ad. 7^m. respondet sicut responsum est supra ad quintum scoti. ¶ Ad argumenta scoti contra

secundam conclusionem: ad primum dicitur qd pcedit de totali perfectione beatitudinis et essentiali et antecedente et consequere. et sic non militat contrarios qui non ponimus beatitudinē sic sumptam in vna parte sed in pluribus. et per idē patet ad. 2^m. et. 3^m. et. 4^m. et. 5^m. ¶ Ad argumētū petri de palude contra tertiam conclusionē dicitur qd procedunt ex falso supposito qd^m ad ea qd dicit de felicitate pratica qd in patria proprie loquēdo non est prout in sexto notabili probatum fuit. Quod autem dicit in primo argumento qd loquēdo de felicitate contemplatiua: actus voluntatis siue dilectio siue fruitio non se habet ad illam nec consequenter nec accidentaliter: non videtur eē verum. nam licet intellectus speculatiuus sūm sententiam philosophi tertio de anima: non dicat dō prosequibili aut fugibili nec ad hoc moueat: non ideo sequitur qd non dicat de diligibili aut fruibili. nam dilectio et delectatio naturaliter consequuntur cognitionē veritatis prout. S. Tho. pulchre deducit. 2^a 2^e. q. 180. arti. 7. nam praticus intellectus ab operatione exteriori que ad aliquid agendum vel faciendum ordinatur denominatur praticus. praxis enim grece talem significat operationem. vnde de contemplatione sapientie dicitur sapientie. S. non habet amaritudinem conuersatio illius nec tedium conuictus eius sed leticiam et gaudium. et gregorius dicit super ezechielem qd vita contemplatiua amabilis valde dulcedo est. Quod autem in secundo argumento dicit qd pax beatorū potest dici beatitudo pratica: nō admittitur. nam vt. S. Tho. deducit in hac disti. q. p^a. arti. 2. sub. arti. 4. in corpore: ad beatitudinem requiritur pax: nō que sit ipsa essentia beatitudinis: sed sicut remotio eorū que possunt beatitudinem impedire. vnde sicut ibi inuit eo appetitu naturali quo omnes appetunt beatitudinem desiderant etiam pacem pro eo qd naturaliter refugiunt impedimenta beatitudinis. ¶ Ad argumentum ante oppositum patet solutio ex his que dicta sunt in notabilibus et in responsionibus argumentorum. Et in hoc articulo terminat.



¶ **Q**ueri^o cir

ca eandē distinctionē querit^r vtrūz oēs homines appetāt beatitudinē et arguitur qd non. nullus enīz vult illd quod ignorat vt patet p augu^m. 13^o. d trinitate. et p phm qd dicit tertio de aia qd

obiectū voluntatis est appetibile apprehensum. sed non omnes cognoscunt beatitudinē cum multi circa beatitudinem errauerint. ergo non omnes appetunt beatitudinē. ¶ In oppositum arguit. qz boetius tertio de consolatione probat qd mētib⁹ omnium hominum veri boni cupiditas est inserta. verum aut bonū dicit beatitudinē. ergo beatitudo ab omnibus appetitur. ¶ In hac qstione erūt quattuor articuli vt supra.



¶ **Q**uantū ad pri-

mū articulū sit ista conclusio qd oīs creatura rationalis naturaliter et ex necessitate appetit suā beatitudinē. Hāc conclusionē tenet. S. Tho. in hac dist. q. p^a. ar. 3. sub. ar. 3. Et. p^a 2^e. q. 5 ar. 8. Itē de veri. q. 22. ar. p^o. pbat omnia bonū appetere. Et contra gen. li. 3^o. caplo. 16. ostendit qd finis cuiuslibet rei est bonum.



¶ **Q**uantū ad arti-

culū secūdū arguēdū est ptra cōclusionē cōtra quā arguit scotus p bādo qd implicet cōtradictionēz qd oīs appetāt beatitudinē in vli apphēsam nō autē i particulari. qz btitudo i vli apphēsa: appetit^r necessario p p hoc qd i ea ē oīs rō boni et nulla rō mali nec defect⁹ boni. cū autē in btitudine i particulari apphēsa plen^o inueniāt rō oīs boni qz in btitudine i vli: sequit^r qd tūc sine seu btitudine i particulari apphēsa oēs necessario appetēt. ¶ 2^o. qz vli nō includit maiorē pfectionēz qz particulare. imo magis videt^r particulare adde re pfectionē sup vli. ergo btitudo in vli non dicit maiorē pfectionē qz in particulari. si ergo ipossibile sit nō appetere btitudinē i vniuersali apphēsa qz in ea nō ē aliq rō mali: multo minus poterit finis apphēsus i particulari nō appeti. ¶ 3^o. si volūtas necessario appeteret btitudinē i vli: ista necessitas debet poni in volūate. p p naturalē i diatio nē volūtatē in btitudinē. sed inclinatio nālis ē ad

particulare et non ad aliquid vniuersale. ergo multo magis ponet necessitas in voluntate in appetendo sine vltimum in particulari. ¶ 4°. quomodo stant simul quod voluntas necessario appetat beatitudinem in vniuersali conceptam et intellectus non dicat sed dicat quod beatitudo non sit nisi in isto fine particulari: et tamen quod voluntas non necessario velit sine illum in particulari: hoc non est aliud dicere nisi quod voluntas idem appetit necessario et non necessario. ¶ 5°. quia necessitas in causa inferiori non potest determinare modum agendi cause superioris sicut nec ipsam potest determinare ad agendum. causa superior ergo si necessario agit: eadem necessitate mouet causas inferiores ad agendum quarum actiones necessario requirunt ad actionem suam. cum ergo in aliqua voluntatis actione in volendo requiratur apprehensio in intellectu: sequitur quod si voluntas necessario velit beatitudinem: quod necessario determinet intellectum ad semper considerandum beatitudinem quod est falsum. ¶ 6°. quod illa propositio in qua fundatur tua propositio falsa est. scilicet illud in quo non est aliquid ratio mali nec defectus boni: necessario est voluntas a voluntate. falsitas autem huiusmodi patet. quod voluntas respectu cuiuscumque actus volendi vel nolendi: libera est a nullo obiecto necessario. non tamen voluntas potest nolle vel odire beatitudinem nec velle miseriam. unde deberet sic argui. quod voluntas non potest resistere ab illo obiecto in quo nulla est ratio mali nec defectus boni. ergo voluntas non potest odire aut detestari beatitudinem. et hoc verum est. sed ex hoc non sequitur quod necessario velit beatitudinem. hec scotus in forma. ¶ Contra eandem conclusionem arguunt alij vt recitat durandus. et primo permittunt quandam distinctionem: secundo arguunt. dicit enim quod duplex est appetitus. scilicet naturalis et electus accipiendo appetitum electiuum non solum pro appetitu sequente electionem intellectuam quam sola fertur in beatitudinem. et differunt isti duo appetitus quod ad actus suos. quia actus appetitus naturalis non est aliquis actus elicitus: sed est aliquid naturalis inclinatio ad illud quod appetitur. actus autem appetitus electiuus vt nunc loquimur: non est sola naturalis inclinatio: sed est quidam actus elicitus qui dicitur velle. quod autem actus appetitus naturalis non sit aliquis actus elicitus probatur sic. quod actus appetitus naturalis semper est stante natura cuius est appetitus. sed nos non experimur quod aliquis actus elicitus sit semper in nobis. maxime in intellectu et voluntate de quorum appetitu respectu beatitudinis agit. ergo talis actus non est

elicitus. Confirmatur per illud quod dicit philosophus 2°. post. contra platonem quod inconueniens est in nobis esse nobilissimos habitus et quod lateant nos. et fortiori ratione inconueniens est nos habere nobilissimos actus qui lateant nos. et iterum appetitus naturalis communis est omnibus cognoscitibus et non cognoscitibus. et non solum sed potest putari materie. si constat quod appetitus naturalis in non cognoscitibus non est aliquis actus sed est sola inclinatio naturalis rei. sicut appetitus materiam est eius inclinatio ad formam. sicut dicit philosophus primo physice. quod materia appetit formam et actus appetitus grauis est inclinari deorsum moueri enim deorsum est actus generantis et non ipsius grauis vt determinat philosophus 8. physice. ergo si actus appetitus naturalis in quacumque re: non est aliquid elicitum sed est pura inclinatio rei naturalis ad suam perfectionem. hoc supposito dicitur ad conclusionem quod si loquamur de appetitu naturali: sic omnes homines de necessitate et summe appetunt beatitudinem. et quod de necessitate appetant probatur sic. quod libet res imperfecta nata perfici per aliam: naturali appetitu appetit illam per quam perficitur formaliter. et hoc statim patet: quia naturali appetitu quod dilbet imperfectum appetit suam perfectionem cum talis appetitus non sit aliud quam naturalis inclinatio imperfecti ad suam perfectionem. est etiam hec inclinatio necessaria cuius non sequatur cognitionem sine qua non est libertas. sed natura humana quantum est de se est imperfecta. summa autem perfectio appetibilis est beatitudo. ergo omnes homines de necessitate appetunt beatitudinem. quod autem summe appetant eam tali appetitu. scilicet naturali probatur sic. illud in cuius potestate non est agere: in eius potestate non est remissa agere: sed sicut necessario agit: sic toto conatu agit. si natura humana et quecumque alia quantum ad appetitum naturalem non habet in potestate sua appetere vel non appetere: sed necessario appetit quicquid appetit. ergo non est in eius potestate remissa appetere: sed necessario appetit toto conatu. hoc autem est summe appetere. ergo et est. iste autem appetitus non est appetitus voluntatis sed intellectus: quia beatitudo est actus et perfectio intellectus. appetitu autem naturali vniuersum quod appetit suam perfectionem et non aliud. et ideo appetitu naturali intellectus appetit beatitudinem et non voluntas. hec durandus. postea subdit. vtrumque autem omnes homines ex necessitate appetant beatitudinem actu elicitu qui est velle sequens cognitionem: duplex est modus ducendi. vnus est quod voluntas non vult ex necessitate beatitudinem sibi propositam in vniuersali siue in particulari sed libere. et istud probatur primo sic.

nulla necessitas potest esse in actione cause superioris a necessitate actionis potentie inferioris quia hoc includit contradictionem. quod enim necessitatur ab alio: est inferius ut sic. et ideo si superior potentia necessitaret per inferiorē: iam non esset superior sed inferior. sed voluntas inter omnes potentias est superior. ergo non potest necessitari in actione sua ex actione cuiuscumque alterius potentie. si ergo in ea sit necessitas: oportet quod illam habeat ex se. tunc arguitur sic. potentia superior quae habet necessitatem respectu suae actionis: eadem necessitate mouet potentias sibi subiectas. sed voluntas potest mouere omnes alias potentias. ergo si ipsa necessitatur ad aliquid volendum: oportet quod necessario moueat omnes alias potentias ad ostendendum sibi suum volitum. hoc autem est falsum. quia si potentie inferiores necessitarentur ad ostendendum voluntati suae obiectum respectu cui ipsa necessitatur ad volendum: sequitur quod illud obiectum semper esset ostensum et semper volitum quod est manifeste falsum. ¶ 2°. quia nullus habitus acquisitus quantumcumque sit interior potest tantum inclinare voluntatem quantum appetitus naturalis. sed si voluntas necessitaretur ad volendum: tunc tantum inclinaretur in obiectum suum per aliquem habitum acquisitum: quantum inclinatur per appetitum naturalem: quia utroque modo inclinaretur ex necessitate. ergo voluntas nullo actu elicito et concurrere quocumque habitu acquisito quantumcumque interior: necessitatur ad aliquid volendum: sed libere vult quicquid vult etiam beatitudinem tam in generali quam in particulari. ¶ 3°. confirmatur hoc per auctoritatem beati augustini in encheiridion. 56. capitulo ubi sic dicit. neque enim tunc voluntas non erit aut libera dicenda non est: quia beati esse sic volumus ut esse miserum non solum nolumus: sed nequaquam propterea velle possumus. ecce quod liberam dicit voluntatem in volendo beatitudinem. unde si voluntas habeat aliquem actum respectu beatitudinis: ille actus erit velle et respectu misericordiae erit nolle. sed non est necessarium quod voluntas habeat aliquem actum positum. quia propositum sibi quolibet obiecto bono vel malo: potest suspendere omnem actum voluntatis. ¶ 4°. quia si aliquid moueret ad oppositum potissime hoc videretur esse auctoritas augustini. 13. de tri. capitulo. 3. et. 4. dicitur quod omnes beatitudinem appetunt ut veritas clamat. et idem dicit anselmus de casu diaboli capitulo. 4. sed illud quod appetitur ab omnibus: videtur necessario appeti. nam contingetia insunt uni et non alteri. ergo beatitudo necessario appetitur. item augustinus in encheiridion dicit quod miserum esse non solum nolumus: sed nunquam velle possumus. ergo ex opposito sic volumus esse beati quod necessario hoc volumus. et probatur consequentia. quia sicut se

habet nolle ad miseriam: sic velle ad beatitudinem. et iterum omne nolle causatur ex aliquo velle. nec est aliquod velle ex quo sequatur nolle esse miserum nisi velle esse beatum. sed ista non debet mouere quia auctoritas beati augustini. 13. de tri. et anselmi de casu diaboli: intelligunt de appetitu naturali quo quilibet creatura rationalis necessario appetit beatitudinem: non autem de actu elicito. illud autem augustini in encheiridion non facit ad propositum. quia verum est quod non possumus velle miseriam: sed non sequitur ergo de necessitate nolumus miseriam. quia possumus circa utrumque suspendere omnem actionem tam nolendi quam volendi. et ideo neuter est necessarius simpliciter et absolute sed sub conditione. scilicet si habeat aliquem actum positum circa aliquod eorum. quia respectu beatitudinis non possumus habere nisi illum qui est velle. nec respectu misericordiae nisi illum qui est nolle. ¶ Contra eandem conclusionem arguit durandus ex propriis probando quod voluntas non necessario appetit beatitudinem secundum communem rationem beatitudinis. ubi dicit quod duplex est actus appetitus. quidam est efficax qui est de re habita ut delectatio: vel est motus ad rem habendam ut si sit desiderium efficaciter inclinans ad perfruitionem rei. et tali appetitu non necessario volumus beatitudinem propositam solum secundum communem rationem beatitudinis. quia tam delectatio quam desiderium efficax sunt respectu boni propositi in particulari id quo delectamur si sit habitus et in quod tendimus si sit non habitus. habitus enim rei vel persecutio ad eam: respicit singularia. est autem alius actus appetitus seu voluntatis qui non est velle efficax sed velle conditionatum seu quedam velleitas qua dicimur velle etiam ea que quandoque sunt impossibilia nobis. et hoc modo omnes volunt beatitudinem secundum communem rationem. propositum enim cuiuscumque quod bonum est bene habere et malo carere: nullum est quod quadam velleitate non tendat in hoc. sed quia non est efficax: ideo non evidenter experimur quin potius videtur esse velle habituale magis quam actuale. et hec videtur esse intentio beati augustini. 13. de tri. capitulo. 8. qui probat quod sicut omnes homines volunt esse beati: ita volunt esse immortales. constat autem quod illud velle non est efficax sed solum quedam velleitas. quia sicut nullus vellet bono carere sed potius semper bonum habere: ita vellet semper esse quia sine esse non posset bene habere. Confirmatur. quia nullus appetit quod reputat sibi impossibile. sed dantur sciunt beatitudinem esse sibi impossibile. ergo eam non appetunt efficaciter. ¶ Contra eandem conclusionem arguit alij ut recitat aureolus. primo. secundum. diffinitio. primo quia dicit augustinus primo retractationum capitulo. 9. nihil est tam in potestate voluntatis quam ipsa voluntas. ex quo colligitur quod si actus

¶ si actus voluntatis sit in potestate volētis: multo magis immediate. sed in potestate volētis est velle finem et nō velle mediāte intellectu. potest enim auertere intellectū a cōsideratione finis. q̄ facto nō volet. ergo statim cōsiderare poterit nō velle. ¶ 2°. quia agēs q̄b necessitatē ad agendum eadem necessitate remouet. p̄hibēs actionē si potest. quod patet de graui q̄b de necessitate mouetur deorsum: ideo de necessitate remouet omne p̄hibēs motū si pōt. sed volūtas nō remouet. p̄hibēs et ipediēs illā a volitione finis. s. nō cōsiderationē intellectū. et tñ posset figendo intellectū et manutenēdo ip̄m in cōsideratione finis. ergo cū non faciat: volitionē finis nō necessario eliciebat. ¶ 3°. quia impossibile est extremū alicui⁹ coordinationis respicere extremū alteri⁹ coordinationis sub quacūq; necessitate: qui tanta necessitate respiciat quod cūq; mediū necessario requisitū inter extrema. sed volitio finis est quasi vnū extremū coordinationis oīum volitionū aliarū. finis autē ē aliud extremū omniū volitionū. mediū autē inter ista duo extrema volitionū. s. et finis: est cōsideratio ipsius finis. hec autē cōsideratio nō est necessaria imo pōt eam suspēdere voluntas. ergo nec appetitus aut cōnexio volūtatis cū fine erit de necessitate. ¶ 4°. quicq̄d necessario quiescit ī aliquo sibi p̄sente: necessario manūtenet illū p̄sens sibi si pōt. sicut patet de graui q̄b manūtenet se in cētro in quo de necessitate quiescit. et similiter appetit⁹ sensitū⁹ tenet sensum in illo sensibili in q̄ necessario delectatur et quiescit si tamē pōt illud p̄sens h̄re. cuius ratio est. qz q̄ aliquid quiescat necessario in aliquo sibi p̄sente: hoc est. p̄pter cōueniētā p̄fectā et p̄pter eandē vim necessario sibi cōiungi: et ita quātū pōt facere q̄ cōiunctio sit p̄sens et in actu. sed volūtas nō necessario tenet finē sibi p̄sentē p̄ cōsiderationē: et tñ pōt. ergo nō videtur necessario quiescere in fine apprehenso. ¶ 5°. omne agens de necessitate: necessario agit vsq; ad vltimū sue potentie: vt patet de graui q̄b toto impetu mouet inferius. et ratio huius est. qz sicut in potestate sua nō est actus: ita nec intensio actus. sed voluntas nō fert de necessitate in finē apprehensum s̄m vltimū potentie sue. nō enī experimur nos intēsissime et s̄m conatum ardētissimū diligere beatitudinē apprehensam. ergo nec dilectio finis fit in voluntate de necessitate. ¶ 6°. quia potētia libera p̄ participationem: nō magis libere tēdit in obiectū q̄ illa q̄ est libera per essentiam. sed intellect⁹ in cōsiderando de fine vltimo non necessitatur a voluntate. ergo nec voluntas necessitabitur ad tendendū in obiectū. ¶ 7°. qm̄

agentia sunt ordinata: si necessitas est in superiori: et in omnibus alijs erit. sed voluntas est supior in toto regno anime et mouet intellectū ad cōsiderandū de fine. ergo si ipsa necessitatē respectu finis: et intellectus necessitabit ad cōsiderandū de fine cui⁹ oppositū experimur. ¶ Contra eandē arguit ipse aureolus p̄bando q̄ vltimo fine qualitercūq; citra intuitiua noticiā apprehēso: volūtas nō necessario eligit actū cōplacencie aut desiderij respectu illius. p̄mo qz illud nō necessario voluntas diligit aut d̄siderat: in quo defectū reperit boni et rationē alicui⁹ mali. lata enī sup illam rōnem mali aut defectū boni: apparet q̄ nō necessario cōplacebit. sed bonū summū apprehēsum in vli h̄t vt sic apprehēsum defectū boni et rōnem alicuius mali. v̄le enī est in potētia et idē: cō in vli fine apprehēso cōsiderat sub quadā imp̄fectione. vnde esse cognito ē imp̄fectū puta potētiale obscurum nō satiās nō quietās. q̄ omnia includūt defectum alicui⁹ boni et rōnez mali. ergo nō apparet q̄ sic cōceptū necessitaret volūtate ad cōplacendū in se delectandū vel quietādū. nec valet si dicat q̄ saltem necessitabit ad desiderādū. nullum nāq; desiderij h̄t necessitatē: nisi quaten⁹ cōplacētia ex q̄ orit̄ est necessaria. cū ergo volūtas nō necessario cōplaceat ī fine sic apprehēso: neq; necessario illud desiderabit: alioquin necessariū depēderet a contingēti q̄b est impossibile. nec obuiat si dicat q̄ in summo bono sic apprehēso nō inuenit̄ aliquis defectus sed in modo apprehēdendi. hoc quidez nō obstat. quia modus apprehēdēdi summe facit ad hoc q̄ obiectū moueat: cui⁹ bonum apprehensum moueat voluntatē vt patet. 3°. et h̄. et in. 6°. dicitur q̄ mēs p̄ctica mouet. vnde clare apprehēsum aliter mouet q̄ cōfuse et d̄minute. hoc enī modo nō quietat vt patet. ¶ 2°. sub illo actu nō est voluntas de necessitate: qui pōt imp̄diri et casualiter et deliberate. sed st̄te apprehēsiōe summi boni possibile est vt illū homo nō appetat nec volūtas sit sub actu desiderij. possibile iquā est ex inaduerentia et manutētiōe vt patet. quia disputātes d̄ summo bono vel studētes circa materiā vltimī finis: non sunt in cōtinuo appetitu. alias se q̄ref q̄ legēs p̄imū ethicoz et decimū esset in cōtinuo appetitu vltimi finis q̄b null⁹ experit̄. possibile ē etiā ex deliberatione: quia potest concipi desiderium finis sub ratione imp̄ditiui maioris boni puta īquisitionis veritatis circa vltimū finem quia nō bene vident qui affectant verum. multis etiā alijs causis potest homo se figere et munire ne dum considerat vltimum finem illum desideret. puta quia illud est vanū et inutile et multa talia. ergo

voluntas nō necessario desiderat finem sic apprehensum. ¶ 3°. quia quāvis hec disputatio sit de vana experientia: quilibet enim rediēs ad seipsum videre pot̄ quod expit̄ur: nihilomin⁹ tamē conādūz est declarari. nullus enim act⁹ de necessitate exis in intellectu vel volūtate: videt̄ posse latere nos vnde quilibet experit̄ quādo dubitatiue aliquid cognoscit vel quādo certitudinalr. et parimodo debet experiri quādo cōplacet imobiliter aut cōtingēter. interrogat⁹ enī quilibet laic⁹ facta sibi interrogatione de summo bono vtrū vellet ipsum habere: responderet vtiq; q̄ vellet. et si vltra interrogaret an posset non velle: responderet vtiq; q̄ si vellet illud nō curaret. imo plus vellet pro statu isto aliquid aliud. ergo patet q̄ illud non volebat de necessitate. ¶ 4°. qz nullus act⁹ volūtatis est necessarius nisi act⁹ reflexus super illū sit necessarius dum volūtas reflectit̄ super illū. verbi gratia. voluntas nō complacet necessario in aliquo nisi placeat sibi complacētia dum reflectitur sup eam. alioquin si nō necessario cōplacet in complacētia: potest sibi displicentia complacere. ⁊ sic cōplacēbit tristabiliter et violenter qđ est impossibile cū omnis mor⁹ complacētie sit spontaneus. sed clarum est q̄ act⁹ voluntatis quo reflectit̄ sup cōplacētia finis vltimi nō est necessarius. imo multi nollent q̄ illa complacētia sit necessaria vt ipsi q̄ istam partem tenent. et iterum cōplacētia nō habet in se vnde necessario complacēat: cum non sit magnum bonū hominem in tali cōplacētia occupari. ergo nec cōplacētia vltimi finis erit necessario in voluntate. ¶ 5°. quia in nullo imobilitat̄ voluntas nisi quietetur in illo. sed in complacētia vltimi finis sic apprehēsi voluntas non experitur quietē aut sui quietationē. ergo nec ibi imobilitatur. videt̄ enim esse repugnātia q̄ cōplacēat imobilitate in aliquo et tamē nō quietet̄ sed pot̄ non quiescat in eo. ¶ 6°. quia nullus amor cōcupiscētie est in voluntate necessario: nisi amor amicitie sit necessari⁹ ex quo amor cōcupiscētie procedit alias effectus esset necessarius et causa contingēs quod est impossibile. sed complacere in vltimo si ne sic vlr̄ apprehēso: non est nisi amor concupiscētie. nec enim desiderare eum est nisi concupiscere. non enim cōcupit̄ vt quoddā subsistēs quod possit complacere amore amicitie: sed pot̄ vt qđaz pfectio et bonum appetētis. nunc aut̄ omnis talis concupiscētia oritur ex amore sui ipsius. sed constat q̄ amor amicitie quo quis se amat non ē necessari⁹ sed cōtingens et in nostra potestate: alioquin non possem⁹ nos plus vel minus amare. nec caderet virtus et vitium circa istuz amorem: cum

virtus sit habitus electiuus et cum de eis que necessario sunt non vituperemur. ergo si cōtingit circa istum amorem agere et errare imo et seipsum contemnere propter deum: necesse est q̄ nullius boni concupiscētia respectu sui insit imobiliter ⁊ necessario voluntati. hec ille. ¶ Alterius arguit probando q̄ fundamēta sancti thome p hac conclusionē nō valeāt. et colligit ex dictis sancti thome in diuersis locis decem rōnes. prima est hec. dicit enim p̄s. 2°. phy. q̄ sicut se habet intellectus in speculabilibus: sic se habet finis in agilib⁹. sed intellectus de necessitate adheret principijs in speculabilib⁹: quāvis cōclusionibus adhereat contingenter. ergo voluntas vltimo fine necessario adheret: quāvis contingēter adhereat his q̄ sunt ad finē. Contra istam rationē obiicit sic aureolus dicens q̄ illa ratio euidenter est deducibilis ad oppositum sic arguēdo. sicut se habet principium in speculabilibus: sic finis in agilib⁹. sed sic se habet principium in speculabilibus respectu intellectus q̄ non solum vniuersalissimū principium de quolibet esse vel non esse et ē: necessitat̄ intellectū. imo etiam quodlibet principium particulare per se notum sicut patet in mathematicis. ergo sic se habebit finis respectu voluntatis q̄ non solū finis vniuersalissim⁹ et vltimus necessitat̄ volūtatez: imo etiam quilibet finis particularis. honor autē ⁊ voluptas et sciētia sunt per se appetibilia bona et quidam fines vt patet p̄mo ethicoz. ergo apprehenso honore aut voluptate: voluntas necessario cōplacēbit ⁊ desiderabit si ratio tua sit bona. Et confirmat. qz p̄s. 2°. phy. non loquit̄ de principijs vniuersalissimis nec de fine vltimo: sed de quolibet principio et de quolibet fine de q̄ manifeste patet q̄ nō mouet necessario volūtate: alias humilis nō p̄tēneret honores nec tēperat⁹ voluptates. ¶ Preterea quando cūq; ex vna similitudine reperta inter aliqua arguitur ois similitudo: ē fallacia cōsequētis. sed p̄s et cōmentator assumilat̄ principium fini in secūdo physicoz in ordine ad cōclusiones et ea q̄ sunt ad finē dicēdo q̄ quēadmodū si principia sunt: cōclusiones sunt. eodē modo si fines sunt: ea q̄ ad finē sunt. volēs et hoc cōcludere q̄ nō est in eis necessitas simpliciter sed p̄ditionata vt patet ibidē. ergo p̄cludēs ex hoc necessitatem simplr in volūtate respectu finis: facit fallaciam cōsequētis. ¶ Secūda ratio ē hec. omnis motus reducitur ad imobile. sicut patet de motu animalium. animal enī nō moueret̄ nisi alicui imobiliter vt patet. sed volūtas mouet̄ ad diuersa obiecta et se habet ad ea mobiliter et cōtingenter. ergo necesse est q̄ ī aliquo obiecto imobiliter

figat. illud aut non pot esse nisi vltimus finis. ergo finem vltimū vult de necessitate. **C**ōtra istā rationem dicit q̄ est deducibilis ad oppositū sic arguēdo. omnis mot⁹ reducitur ad aliquid immobile sed voluntas desiderans p se sanitatē mouet ad potiones. ergo in illa motione oportet aliqd̄ immobile reperiri. sed hoc est falsum quia nec immobilitatur voluntas in desiderio sanitatis nec in desiderio potionis. ergo non est verū q̄ omnis motus voluntatis reducatur ad aliquid in quo voluntas immobiliter quietet. nec valet si dicatur q̄ in appetitu potionis propter sanitatē nō oportet poni aliquid immobile quia appetit⁹ sanitatis est ppter felicitatem. nō valet inquam. quia dicit ph̄s primo methaphisice q̄ scire appetitur propter se esto q̄ nullum aliud bonum debeat euenire. manifestat autē hoc sensuum delectatio. ergo in isto motu p̄ciso quo quis appetit aliquid propter scire aut ppter videre: non occurrit aliquod obiectū cui voluntas inheret immobiliter et de necessitate. **P**reterea ideo animalia non mouentur nisi alicui immobili initant: quia mouentur propter impulsio nem. pars aut expellens animalia: necesse est vt figatur. sed voluntas non mouet se per expulsio nem sed per ppriam libertatem. ergo nō indiget aliquo immobili. **T**ertia ratio hec est. voluntas necessario vult illud cuius participatione vult qc̄quid vult. sed participatione beatitudinis vult qc̄quid vult. ergo beatitudinem necessario vult. **C**ōtra istam rationem instat dicens q̄ potest deduci euidenter ad oppositum. primo sic. voluntas non necessario vult illud sine cuius participatione aliquid vult. sed voluntas appetit intellectum et noticiam veritatis esto q̄ nihil aliud debeat euenire. imo precindendo omne bonū preter ipsum scire. ergo voluntas non necessario vult finem vltimū quo p̄ciso: adhuc potest appetere aliquid propter se. **P**reterea voluntas non necessario vult illud cuius participatione vult quicquid vult cuius non determinetur circa ea de necessitate que vult. sed voluntas quantūcūq; velit aliquid participatione vltimi finis: non tamen necessitatur ad illud volendum. ergo nec de necessitate volet finem. **P**reterea voluntas vult illud cuius participatione vult quicquid vult fz eos. sed estimans deum esse summū bonum: estimat participatione eius volendū quicquid vult. ergo manente illa estimatione: de necessitate vult deum. hec autem estimatio manet in quolibet fideli. ergo fidelis de necessitate vult deū. cuius oppositū ipsi dicunt. **P**reterea voluntas potest velle omne quod participat ratione vltimi finis. sed liber-

tas et experientia libertatis est magna pars vltimi finis et summi boni. ergo presente summo bono: voluntas potest vti sua libertate in non volēdo finem. aut ergo voluntas vtetur sua libertate et tamen nollet vti. et sic cogetur in nolendo finem quod est inconueniēs manifestum. **Q**uarta ratio est. quia motus secūdimotozis per impressionem primi mouentis tendit in eundem finem quo tendit primū mouens. si enim in aliū: iam nō mouetur per impressionē primi mouētis in ipsuz. sed voluntas mouet in omnia que vult ex desiderio vltimi finis. ergo nihil vult in quo non includatur desiderium vltimi finis. nec etiaz resilit ab aliquo nisi ex desiderio vltimi finis. sequit ergo q̄ nō potest resiliere a fine. et per consequēs vult finem de necessitate in vniuersali ostensum. **C**ōtra hanc rationem instat dicens q̄ ista ratio potest deduci ad oppositum sic. agens enim secūdū nō agēs fm̄ ipressionē primi: non necessario tendit in ipm̄ per oppositum. p̄positionis eozū. sed voluntas potest appetere aliquos fines secundos. ppter se et precise absq; impressione primi finis. appetit enī eos esto q̄ nullum bonuz debeat euenire fm̄ ph̄s p̄mo metha. et p̄mo ethi. ergo nō necessario mouetur in vltimū finē. **P**reterea voluntas appetit suam libertatē et vsum libertatis sue propter impressionem vltimi finis. sed volendo suam libertatem: suspendet actum suū circa vltimū finem. ergo ex impressione vltimi finis potest suspendere actum circa ipsuz. **Q**uinta ratio est. illud quod naturaliter elicitur: necessario elicitur. sed desiderium finis necessario elicitur a voluntate ipso ostēso. omnis enī natura vult et appetit naturaliter sibi bonum. iuxta illud primi ethi. omnia bonū appetunt. et illud p̄mi metha. omnes homines natura scire desiderant. et illud boetij. inserta est nobis naturaliter boni veriꝗ cupiditas. ergo voluntas de necessitate appetit vltimū finem sibi ostensum per intellectum. **C**ōtra hanc rationē instat dicens q̄ ista ratio ad oppositū reducitur manifeste hoc modo. illud quod naturaliter elicitur necessario elicitur. sed voluntas necessario elicit desiderium respectu multozum fm̄ eos. ponunt enim q̄ voluntas vult naturaliter intellectuz verum et suppositū esse et viuere et multa alia. ergo voluntas de necessitate desiderabit esse et scire et multa alia apprehensa et non solum vltimū finem. hoc autē est cōtra experientiaz: quia multi desiderant non esse et non viuere. vnde et fortis non sperans aliam vitam: exponit se mortū vt patet. 3°. ethi. **S**exta ratio talis est. quod ē idem apud omnes: tale ē immobile vt patet. 5°. ethicoꝝ.

sed velle beatitudinem cōmune est apud omnes
 s̄m augustinū. 13. de trini. caplo. 8. dicentem. om-
 nes beati esse volunt. et infra. illa vera est et pspe-
 cta et examinata et eliq̄ta accerta sententia: bea-
 tos esse oēs hoies velle. et infra. hoc veritas cla-
 mat et natura compellit cui summe bonus et imu-
 tabiliter beatus indidit. et philosoph⁹. 10. ethico-
 rum dicit q̄ volumus quidem omnes bona: eligi-
 mus autē nequaquā. et multa alia dicit de ista ma-
 teria augustinus. 13. de trini. ergo videtur q̄ volū-
 tas necessario appetit beatitudinem per intelle-
 ctum apprehensam. ¶ Contra istam rationem
 instat dicens q̄ ratio potest reduci in oppositum
 in hunc modū. illud est necessariū: quod est idem
 apud omnes. sed omnes volunt vile emere ⁊ ca-
 re vendere vt ibidem de mimo recitat Augusti-
 nus qui dixit omnib⁹ existentibus in foro. et mul-
 ta alia sunt que omnes volunt cōmuniter q̄ ad
 illa naturaliter inclinamur. ergo ista et multa alia
 de necessitate vellemus cui⁹ oppositū experimur.
 ¶ Septima ratio est. sicut se habet verū malum
 vel apparēs respectu p̄secutionis vel desiderij: sic
 verum bonū vel apparēs respectu fuge et resili-
 tionis. sed malū verū vel apparēs non pōt a vo-
 luntate desiderari vel p̄sequi. igit^r verū bonum
 vel apparēs nullo modo pōt respui. tale autē est
 beatitudo vel finis vltim⁹. ergo ab illa ostensa p̄
 intellectū: volūtas non pōt resiliere. ¶ Cōtra hāc
 rationem instat dicens q̄ rō potest deduci in opposi-
 tum sic. voluntas pōt p̄sequi quicquid itellectus
 pōt iudicare sub ratione boni. sed suspēsiō volitio-
 nis finis vltimi pōt apprehendi sub ratione boni
 inq̄^m in illa suspensione est magna libertas: et in-
 q̄^m illa volitio includit quandam inutilē occupa-
 tionē. occupari videlicet in continua mutatione
 respectu finis. ergo non apparet cur volūtas non
 possit p̄sequi illam suspensionē. ¶ Octava ra-
 tio est. q̄ si illud quod min⁹ videt inesse inest: ⁊ id
 quod magis. sed minus videt q̄ beatitudo in vli
 cognita et cōfusa trahat imutabiliter volūtatē: q̄
 de obiecto beatifico clare viso. ergo cū illa necessi-
 tate firmat: multo fortius deo clare viso. ¶ Cōtra
 hanc rōnem instat reduzendo rōnez in oppositū
 sic. si illud quod min⁹ videt inesse inest: et illud qd
 magis. sed min⁹ videtur q̄ beatitudo apprehēsa
 vt summū bonū confusum et vlt^r traheret imuta-
 biliter volūtatē: q̄ de deo apprehenso vt summū
 et sic certitudinaliter estimato: qm̄ p̄cularia ma-
 gis mouent q̄ vniuersalia in moralibus. ergo si
 summū bonum vniuersale et confusuz trahat dū
 apprehenditur imutabiliter voluntatem: multo
 fortius deus cum estimabitur summū bonum tra-

het ad se imutabiliter voluntatem ad se diligen-
 dum: cuius oppositum ipsi dicunt. nec valet si dica-
 tur q̄ hoc solum tenetur per fidem. non valet in-
 quam. tum quia hoc tenetur per rationē q̄ deus
 est summū bonum et illud quo magis excogitari
 non potest s̄m anselmū p̄solu. tuz qualicet te-
 neatur per fidem et per firmā estimationē: eque
 efficaciter mouebit ac si tenetur per scientiaz. si-
 cut dicit p̄bs. 7^o. ethicozuz contra volentem eua-
 dere sermonē socratis dicentis q̄ impossibile est
 agere contra scientiam vt patet ibidem. ¶ Non-
 na ratio est. quia ab illo non potest voluntas resi-
 lire: vbi nullam rationem inuenit mali sed repe-
 rit rationem omnis boni. sed in deo clare viso nul-
 lam mali reperit rationem imo plenitudinēz om-
 nis boni. ergo a dilectione illius resiliere non po-
 test. Et confirmatur. quia voluntas mouet ex ali-
 quo cur s̄m anselmum. ¶ Cōtra hāc rōnem instat
 reducens eam in oppositū sic. si ab illo resiliere nō
 potest volūtas vbi nullam rationēz mali inuenit
 sed potius omnis boni: ergo cuz in deo concepto
 a viatore sub ratione omnis boni viator nihil ta-
 le reperiat: stante ista estimatione non poterit re-
 silire. et sic nullus poterit peccare nisi fiat p̄^r heret-
 icus. Et ad cōfirmationem dicenduz q̄ volūtas
 in resiliēdo habebit aliqd̄ cur. s. experientiam p̄prie
 libertatis. ¶ Decima ratio est. obiectuz quod re-
 plet totam capacitatem potētie imo excedit eaz
 sic implet et mouet illam q̄ non potest resiliere ab
 illo: maxime si mouetur s̄m inclinationēz nature.
 sed deus est obiectum implens totam capacitātē
 voluntatis et in ipsum diligendum voluntas na-
 turaliter inclinatur. ergo ipso presente impossibi-
 le est q̄ resiliat ab eodem. ¶ Contra hanc rōnem
 instat sic. obiectum quod non replet totam capa-
 citatem potētie: non attrahit imobiliter volun-
 tatem. sed tale est deus. quod patet dupliciter. p̄-
 mo quidez quia non replet nisi mediante actu di-
 lectionis. dilectio vero illa non replet totam po-
 tentiam voluntatis cum voluntas sit in potentia
 ad multas alias dilectiones. Secūdo vero quia
 illud nō satiat quod reliq̄t desiderij possibile res-
 pectu alteri⁹ obiecti. nūc autē presente beatitudie
 adhuc pōt volūtas in multis alijs cōplacere ⁊ for-
 sitā in experientia. p̄prie libertatis. ergo non attra-
 hit imobiliter volūtatē. sic ergo qcq̄ sit de cōclu-
 sione: rōnes nō sunt multū stabiles. et illud ē ma-
 xime rōnabile q̄ summū bonū vlt^r cōsideratuz et
 app̄hēsum trahat imobiliter volūtatē. qm̄ stāte fir-
 ma estimatiōe q̄ hoc summū bonū sit sol⁹ de⁹: ipse
 de⁹ sic app̄hēsus imobiliter mouet volūtatē. hoc
 autē videt^r necessariū: quia sumpta maiorē p̄ intel-

lectum et ei adherere per voluntatem si sit firma opinio de minori absq; hoc q; nō sit scientia: statim conclusio est volita vt patet. 7. ethi. vnde si volo omnem dulce et lacte demonstrato dicēdo hoc est dulce: statim conclusio est volita. s. hoc lac. pari rōne si de necessitate volo summū bonū: statim ergo seq̄tur q; de² est volit² de necessitate. tū q; stante cōnexionē formalis obiecti sup̄ qd̄ trāsīt potētia cuz materiali obiecto: simul trāsīt sup̄ vtrūq; potētia. si ergo summū bonū est volitū necessario et illud applicat firma opinio ipsi deo: omnino seq̄t q; de² cōcept² vt summū bonū necessario appetit. idcirco opinio illa videt̄ valde rationabilis. hecille.



Quantus ad tertium

Quantus ad tertium articulus primo notandum est prout. S. Tho. deducit. p^o. p. q. 40. ar. 3. in cor. q; duplex fit abstractio per intellectū. vna q; de² fm q; vlt abstractiō a particulari sicut animal ab hoīe. alia vero fm q; forma abstractiō a materia vel subiecto sicut forma circuli abstractiō p̄ intellectum a materia sensibili vt cupri vel eris. et ē differētia inter has abstractiones. q; fm abstractio nem vniuersalis a particulari: id qd̄ abstractiō est cōmune ei a quo abstractiō et cōmunicabile multis cōmunitate rōnis q; est p̄ predicationē. fm vero abstractio nē forme a materia vel subiecto: id qd̄ abstractiō nō habet ex vi abstractionis q; sit cōmūne cōmunitate rōnis: nā pōt isto modo abstractiō p̄ intellectum forma singularis a singulari materia vel subiecto: sicut p̄siderādo hui² circuli enei figurā circularē absq; cōsideratione eris qd̄ ē eius materia indiuidua. sed quādoq; id qd̄ isto modo abstractiō est cōe cōitate rei. quēadmodū mā prima cui² vnitatis et cōitas sub plurib² formis ē realiter preter opationē intellect². nullo enī intellectu creato exiūte: materia p̄ma vna numero vnitatis essentie est cōicabilis plurib² formis sibi inuicē succedētib². aliqñ tñ forma q; abstractiō a mā vel subiecto: ē cōis plurib² cōitate rōnis nō ex vi talis abstractionis p̄ se loquēdo: sed accidit ei ex eo q; forma eadē fm sp̄z repit̄ i plurib² subiectis. vñ talis cōitas cōsequit̄ imēdiate abstractio nē primi modi. quēadmodū si abstractiō p̄ intellectum forma circuli particularis ab isto signato ere vel cupro: forma sic abstracta singularis et indiuidua est q; est ex vi talis abstractionis. verūtñ pōt intellect² apprehēdēs i ferro et in ligno et in alijs subiectis esse formā circuli: abstractiōne iterū ab ista et ab illa et ab alia forma circuli vñ rōnez cōem oib² figuris circularib². q; abstractio iā est fm primū modū. s.

vlt a particulari. sed vt dictū est fm abstractiones forme a mā p̄ se loquēdo: nō hēt id qd̄ abstractiō q; sit cōe cōitate rōnis ei a q; abstractiō aut alijs. Secūdu hāc igi² distinctionē abstractionis dicim² q; cōitas de q; sc̄tus doctor loq̄tur cuz dicit q; oēs hoīes appetūt b̄titudinē fm cōem ipsi² rōnez: nō est cōitas rōnis f; abstractionē p̄mi modi. s. vlt a particulari: s; cōitas fm abstractiones forme a materia vel subiecto. p̄robat̄ hoc. qm̄ ponēs secundū modū q; b̄tudo pōt cōsiderari fm rōnem specialē p̄ oppositū ad cōem rōnez p̄mi modi: specialē rōnē b̄titudinis assignat nō i aliquo particulari respectu vltis: sed i ipsa materia vel materiali b̄titudinis. ait enim sic p^o. 2. q. 5. ar. 8. in cor. alio modo possum² loq̄ de b̄titudine fm specialē rōnez q; ad id in q; b̄tudo cōsistit. i. q; ad materiaz in qua ponit̄ vel fm errores quozūdā vel fm veritatē. Et cōfirmat̄. qm̄ in hac distinctione vbi allegatū est p̄ p̄ma cōclusionē ad p̄mū: distiguit d̄ b̄titudine p̄ se et p̄ accidēs. vocās b̄tudinē p̄ se ip̄am formā b̄titudinis q; ē bonū p̄fectū. b̄tudinē vero p̄ accidēs vocat id qd̄ ē materia vlt subiectū forme b̄titudinis. et inducit p̄ simili duplex visibile. s. p̄ se vt color: et p̄ accidēs vt hō vel alia res colorata. Galluz igi² intellectū habuerūt in verb̄ sc̄ti thome q; p̄ eo q; ip̄e posuit b̄tudinē fm cōem rōnez appeti naturalr ab oibus tanq; finale obm volūtatis: intellexerūt b̄tudinē fm rōnez vltitatis vlt fm q; est qd̄ vlt. qd̄ falsuz est nō solū ex p̄cedētib²: sed etiā q; i pleriq; locis sc̄tus thomas assignat differētia inter p̄puz obm intellect² et p̄puz obm volūtatis: p̄ hoc q; intellect² ferē in suū obm fm q; in eo recipit̄ p̄ mediū speciei. volūtatis aut ferē in suū obm fm q; est in reb² in qb² nō est rō vltitatis s; rerū singularitas. et hec differētia ē sumpta ex doctrina phi sexto libro metha. Si nōnūq; dicat sanct² doctor obm volūtatis nō esse hoc vel illud bonū s; bonū i cōmuni vel vlti sūptū: nō ē sensus q; f; rōnē vltitatis sit tale obm. s; ē sensus q; bonū f; natura boni absolute: est p̄puz obm volūtatis: nō f; q; ip̄a natura boni ē indiuiduata i hoc vlt illo bono. vñ volūtatis i bonū extra intellectū ferē. et quāuis omne tale bonū sit hoc et indiuiduū: q; tñ cū sit hoc bonū ē etiā bonū: ferē p̄ se volūtatis in illd̄ q; ē bonū: nō q; ē bonū hoc. i. sic indiuiduātū. Ad qd̄ facit qd̄. S. Tho. dicit i simili mā p^o. 2. q. 29. ar. 6^o in cor. dicēdu inq̄t q; de vlti dupl̄r cōtigit loq̄. vno modo f; q; subest itētioni vltitatis. alio aut̄ modo dicit̄ de natura cui talis intentio attribuit̄. alia est enī cōsideratio hoīs vltis: et alia hoīs i eo q; ē hō. si igi² vlt accipiat̄ p̄mo modo: sic nulla potētia sentitiue partis neq; apphēsiua neq; appetitiua pōt i

vle: quia vle fit p abstractione a materia indiuiduali in qua radicat ois virtus sensitua. pot tamen aliq potetia sensitua et apphensua et appetitua ferri in aliqd vliter. sicut dicim q obm visus e color fm gen. no qz visus cognoscat colozē vlez sed qz q coloz sit cognoscibilis a visu no puenit coloz in qm est hic coloz: sed in qm e coloz simplicif. hec sanct thomas. Ad idē facit qd dicit in de veri. q. 22. ar. 4. ad. 2^m. quāuis iquit appetit^o semp intēdat ad aliqd irez natura existēs qd est p modū particularis et nō vlis: tū ad appetendū qñq mouet p apphensionē alicui^o vlis cōdicionis. sicut appetit^o hoc bonū ex hac cōsideratione q pside ram^o bonū simplr eē appetēdū. qñqz vero p apphensionē particularis f; particularitatē suā. z ideo sicut appetit^o distinguit ex cōsequēti p differētiā apphensionis quā sequit: ita etiā ex cōsequēti distinguit per vle et particulare. hec ille. Idez in sentētia dicit. p^a. p. q. 80. ar. 2. ad. 2^m.

¶ Secundo Notandū est q appetitus naturalis est duplex. quidā ē cōis omnib^o reb^o naturalib^o etiā cognitione carētib^o. ali^o est appetit^o naturalis q seqt apphensionē virtutis cognitive. appetit^o naturalis pmo modo: nō est potetia spūalis nec aliqz act^o elicit^o a potetia appetitiua: sed ē sola naturalis inclinatio ad id qd appetit cōsequēs formā naturālē rei cui est cōnaturalis et cōproducta. z inde est q p hmoi appetitū nō dicim^o res ex seipsis appetere bonū sed ab alio dirigū in bonū. s. a generāte a quo hnt naturā. appetit^o aut naturalis secūdo modo: ē act^o elicit^o a potetia appetitiua cōsequēs apphensionē potetie cognitive. loqmur nūc de appetitu. put nominat actū: nō ipam potetiā appetitiuā. Accipit ista distinctio ex dictis. S. T. p^a. p. q. 80. ar. p^o. Et. p^a. li. sen. dif. p^a. q. vltima. ar. p^o. ad 3^m. Et. 4^o. li. sen. dif. 5. q. 2. ar. p^o. sub. ar. p^o. in. c. et ad. p^m. et i mult^o alijs locis. Et multū expresse de veri. q. 22. ar. 3. ad. 3^m. **¶ Et** qd inferim^o q i aialib^o et hoib^o appetit^o sensitū aut itellectū naturalis: nō excludit appetitū naturālē cōem etiā reb^o inaiatis f sup addit ei. z hoc expresse dicit scitūs thomas de veri. loco p^o allegato i rñsione ad 2^m. vbi pcludēs dicit. et ideo cū appetit^o natural^o sit determinat^o ad vnū nec possit eē multiformis vt i tot diuersa extēdat se quot aialia idigēt: neces sariū fuit vt aialib^o sup adderet appetit^o aialis cōsequēs apphensionē: vt ex multitudine apphēsoz appetit^o aialis in diuersa ferret. Et in rñsione ad 5^m. dicēdū inqt q vnaqz potetia appetit suū obiectū appetitu naturali. sed appetit^o aialis ad specialē potetiā p^oinet. et qz appetit^o naturalis deter

minat^o est ad vnū: aial aut sequit apphensionē: ideo est q singule potetie appetunt bonū determinatū: f vis appetitiua appetit quodcūqz bonū apphensum. hec ille. Et p^a. 2^e. q. 26. ar. p^o. in cor. exp^o se distinguit triplicē appetitū. s. naturalē sensitū et itellectū. Itē. p^a. p. q. 80. ar. p^o. ad. 3^m. ait. vnaqueqz potetia anime est qdam forma seu natura et hēt naturālē inclinationē in aliqd. vñ vnaqueqz appetit obiectū sibi pueniēs naturalē appetitu: supra quē est appetit^o aialis cōsequēs apphensionē quo appetit aliquid nō ea ratione qua ē cōueniens ad actum hui^o vel illius potentie vt pote visio ad videndum et auditio ad audiendum: sed quia est pueniēs simpliciter aiali. Facit ad ista plurimum deductio quam doctor sanctus ponit de veritate loco p^o allegato. arti. 4^o.

¶ Tertio Notandū est q volūtas dupliciter pot dicit cōpleta seu perfecta vel incōpleta siue imperfecta. vno modo respectu act^o interioris voluntatis sicut est velle aut appetere vel desiderare. alio modo respectu act^o exterioris q est psecutio et qd quis appetit vel desiderat aut vult. volūtas pmo modo perfecta seu cōpleta: est rōnis volūtas. i. q cōsequit rōnis deliberationē ac determinationem. et hec dicit volūtas hois simpliciter et absoluta. i. nō condicionata. put. S. Tho. dicit. 3^a. p. q. 21. ar. 4. illud enim absolute volumus: quod fm deliberatā ratione z volum^o. imperfecta aut volūtas hoc pmo modo est p oppositū volūtas nō absoluta sed p dicionata. illud eni quod volūtas sub condicione vult vt si sit possibile vel si aliud nō obstat vl quomodo libet aliter: non simpliciter et complete volumus sed fm quid. quā obrem talis voluntas conuenit appellari velleitas quedam. i. imperfecta voluntas. perfecta autē voluntas siue completa secundo modo dicitur voluntas qua quis appetit aut vult aliquid simpliciter et absolute. i. absqz condicione: non solū actu interiori voluntatis: sed etiā actu exteriori quo tēdit et conatur ad psecutionē eius quod appetit aut vult. voluntas autem imperfecta isto secūdo modo: dicit voluntas q licet aliquid appetit aut vult absolute. i. absqz condicione: non tū nitit illud assequi pro suo conamine non ppter defectum actus interioris qui est velle aut appetere: sed ppter defectū operis exterioris ad illud obtinēdum requisitū. eo q actu exteriori psecutionis ad illud habendū quod appetit est aliquid adiūctū quod sibi non placet aut ē difficile. et fm distinctionem voluntatis hoc secundo modo: consuevit appellari voluntas perfecta voluntas efficax: et volūtas imperfecta volūtas

patet

inefficax. Secundū igit̄ primū modū distinctionis voluntatis cū querit̄ an omnes hoies appetāt naturaliter b̄itudinē voluntate p̄fecta q̄m ad generalem seu cōem rōnem b̄itudinis q̄ est rō boni completi: respōdem⁹ fm̄ mentē sc̄i thome q̄ sic. non solū p̄ statu patrie: sed etiā p̄ statu vie. p̄bat̄ hoc. qm̄ loquēdo de actu interiori voluntatis fm̄ quez accipitur distinctio voluntatis primo modo supra posito: omnes naturaliter bonū suū completū appetunt et volūt. ac per hoc suā beatitudinem fm̄ cōem rationē quaz nullus rōnis composignorat cognitisterminis. Si vero q̄stio fiat de voluntate p̄fecta vel imperfecta secūdo modo: respōdem⁹ q̄ pro statu vie nō omnes hoies appetūt beatitudinem voluntate p̄fecta sed imperfecta q̄ velleitas potest dici vel magis p̄pe voluntas inefficax. p̄bat̄ hoc. qz nō omnes conant̄ bonis opibus cōseq̄ beatitudinē sine q̄bus ipsa beatitudo obtineri nō potest. sicut apparet in obstinatis et peccatorib⁹ finaliter ipenitētib⁹. q̄ tñ interiori actu voluntatis appetūt et volūt absolute beatitudinē fm̄ rōnem cōmunē. s. boni cōpleri et p̄fecti. nō enī in volēdo v̄l appetēdo beatitudinē: cōdicionē aliquā apponunt vel p̄supponūt. quē admodū ē voluntas aliquorū de impossibili q̄ nullus sciens eē impossibile appetit aut vult simpliciter etiā actu interiori: sed sub cōdicione. s. si possibile foret. vñ velle aliqd̄ absolute et simpliciter pōt accipi duobus modis. vno modo vt sit idem dictū q̄ absq̄ cōdicione: et sic omnes hoies appetūt absolute et simpli beatitudinē f̄z cōem ipsi⁹ rōnez. alio modo capit̄ absolute et simpliciter vt dicat nō solū velle et appetere aliqd̄: s̄ simul etiā et ad illd̄ obtinēdū opib⁹ conari. et isto modo nō oēs appetūt beatitudinē etiāz sub ei⁹ rōne cōi q̄ est ratio completi et p̄fecti: quia nō omnes bonis opibus et meritis conant̄ bonū suū cōpletum et p̄fectū adipisci sine quibus obtineri non valet fm̄ ordinem a deo institutum.

¶ Quarto Notandū est q̄ capiēdo appetitū pro actu elicitō a voluntate: debet intelligi p̄ma cōclusio nō quasi rōnalis natura semp̄ actu appetat beatitudinez quē admodū semp̄ hēt naturā et ea q̄ fm̄ esse naturaz cōsequūt̄: sed debet intelligi q̄ naturaliter appetit beatitudinē qz. s. ex natura sua hēt q̄ si p̄ponatur voluntati ab intellectu id q̄ est summū bonuz quod est beatitudo: naturaliter appetit ip̄z si aliq̄e actū circa illd̄ hēt. Unde. S. Tho. p̄ 2. q. 10. ar. p̄. arguit sic secūdo loco. id q̄ est naturale: inest alicui semp̄ sicut igni esse calidū. sed nullus mot⁹ inest voluntati semp̄. ergo null⁹ mot⁹ est natural⁹ voluntati. ecce argumentū. ad q̄ r̄det sentēntialit̄

q̄ illa que pertinent ad motū vel que sequūt̄ motum etiam in rebus naturalibus: nō semp̄ insunt. sicut ignis non semper mouet sursum: sed quādo est extra locū suū. et similiter nō oportet q̄ voluntas q̄ de potētia in actū reduc̄ dum aliquid vult semp̄ actu velit: sed solū quando est in aliqua dispositione determinata. Tandē solutionē dat ad simile argumētum de veri. q. 22. ar. 5. Irē. p̄ 2. loco p̄xime allegato. ar. 2. in cor. sic dicit. vnde si p̄ponat̄ aliquod obiectū voluntati quod sit vniuersaliter bonū et fm̄ omnē cōsiderationē: ex necessitate voluntas in id tendit si aliquid velit. nō enim poterit velle oppositum. hec ille. vbi non dicit absolute voluntas in id tendit: sed cū hac additione: si aliquid velit. quod exponit qz. s. non poterit velle oppositū. quasi sic debeat intelligi volūtatem naturaliter et ex necessitate velle summuz bonum sibi p̄positū: quia. s. nō pōt velle oppositū. ita q̄ necessitas qua voluntas naturaliter tendit i summū bonū vel in beatitudinē per actū elicituz magis est q̄m ad determinationem act⁹ per obiectum q̄m ad exercitiū actus: et hoc in statu vie nam in statu patrie vbi summū bonū et beatitudo semp̄ est obiectiue p̄posituz voluntati: vtroq̄ modo voluntas naturaliter et necessario in illud fert̄ actu elicitō put̄ deductū fuit li. p̄. dif. p̄. q. 3. sub notabili quarto. ¶ Ad p̄missorū aut̄ declarationē est aiaduerrēdū. put̄. S. Tho. deducit de veri. q. 22. ar. 6. in cor. q̄ indeterminatio voluntatis inuenit̄ respectu triū. s. respectu obiecti: respectu actus: et respectu ordinis in finez. respectu obiecti quidē est indeterminata voluntas q̄m ad ad ea q̄ sunt ad finez non q̄m ad ip̄m finē vltimū. non enī de necessitate ac determinate voluntas appetit aut vult aliquid eorū q̄ sunt ad finē quemadmodū appetit⁹ rez naturalium qui sicut est determinatus respectu finis: ita et respectu medioz q̄ sunt ad finē. Secūdo est voluntas indeterminata respectu actus: qz etiā circa obiectū determinatū. s. vltimū finem pōt vt̄i actu suo cum voluerit vel non vt̄i. pōt enim exire in actū volēdi respectu cuiuslibet obiecti et nō exire. q̄ intelligendū est. p̄ statu vie sicut ostēsūm fuit ex dictis sancti thome libro p̄mo loco p̄xime allegato. in rebus vero naturalibus nō est in potestate appetit⁹ exire in actum vel non exire: eo q̄ res inanimate nō mouent̄ a seipsis sed ab alijs ac p̄ hoc nō est in eis moueri vel nō moueri. Tertio voluntas est indeterminata respectu eorū que ordināt ad finē: inq̄m voluntas potest appetere illud q̄ fm̄ veritatē ordinat̄ in finē debitum vel fm̄ apparentiā tñ. et hec indeterminatio ex duob⁹ cōtingit. s. ex ideterminatione cir-

ca obiectū in his q̄ sunt ad finē. et itez ex indeter-
minatione apprehensionis q̄ p̄t nō esse recta. et qz
volūtas dicit libera in q̄ nō est necessario deter-
minata: cōsequēs est q̄ libertas volūtatīs in tri-
bus predictis cōsideret. s. q̄^m ad actū in q̄^m potest
velle et nō velle. et q̄^m ad obm̄ in his q̄ sunt ad fi-
nem: in q̄^m p̄t velle hoc vel illud et eius opposi-
tū. et q̄^m ad ordinē in finē: in q̄^m p̄t velle id qd̄ ve-
re ducit in finem vel id quod vere non ducit.

Quinto Notanduz est q̄ sicut p̄s
docet. 9. ethi. amicabilia q̄
sunt ad alterū: veniūt ex amicabilib⁹ q̄ sunt ad se-
ipsum. vñ et ad amicos amozē habem⁹ et amicitia
qz illos reputam⁹ esse nos ipsos. et inde est q̄ p̄ce-
pri forma de diligēdo. p̄mo imposta ē vnicuiqz
fm̄ mēsurā dilectionis sui cū dicit. diliges p̄ximū
tuū sicut te ipsum. leuitici. 19. et mathei. 22. amoz
igit̄ sui est principiū cuiuslibet amoris ad alteruz.
et qz in appetibilib⁹ sicut et in speculabilib⁹ p̄ncipi-
pia insunt nobis a natura: consequēs est q̄ vnus-
quisqz naturaliter seipm̄ amet: ita vt p̄ se loquen-
do nullus possit seipm̄ odio h̄re. iuxta qd̄ ap̄ls di-
cebat ephē. 5. nemo vnqz carnē suā odio habuit.
Aduertēdū tñ put. S. Tho. dedit. 2. 2. q. 2. §
ar. 7. q̄ amare seipm̄ contingit tripliciter. vno mo-
do fm̄ suā subam et naturā et p̄fectiones naturaz
cōsequētes. et iste amor est cōis et naturalis om-
nib⁹ hoībus sicut et ceteris reb⁹ naturalib⁹. omnes
enī hoīes et boni et mali naturalr̄ amāt suā cōser-
uationē et generaliter bonuz ad qd̄ ex sui natura
inclinant̄. Alio modo amare seipm̄ contingit fm̄
meliorē et p̄ncipaliorē partē sui. et istud amare ē
p̄p̄riū bonoz q̄ amāt se in illo et ad illud qd̄ ē bo-
num fm̄ mētem rōnalē q̄ est in hoīe potior et p̄-
ncipalior pars. q̄ ab ap̄lo appellat̄ interior homo
2. corin. 4. Tertio modo cōtingit amare seipm̄
fm̄ partē carnalē et sensitivā. s. q̄^m ad ea ad q̄ ca-
ro et sensualitas incitant cōtra iudiciuz rationis.
fm̄ q̄ ap̄lus dicit Gala. 5. caro cōcupiscit aduer-
sus sp̄m̄ et sp̄s aduersus carnē. et iste amor est
p̄p̄rius maloz hoīm et peccatoz. vñ cuz dicim⁹
naturale cōhoīem amare seipm̄ ita vt nemo pos-
sit se odio h̄re: intelligim⁹ de p̄mo modo. Sed cō-
tra hoc obijci p̄t qz naturalib⁹ nō meremur. si er-
go homo seipm̄ naturalr̄ amat: sequit̄ q̄ null⁹ me-
reat̄ seipm̄ amās cuius opposituz cōiter tenet. Ad
hoc respondēdū est sicut sct̄s thomas respōdet
ad sile argumētū qd̄ fit de appetitu naturali vlti-
mi finis in hac dis. q. p̄. ar. 3. sub. ar. 3. et d̄ veri. q.
22. ar. 7. homini inquit est indit⁹ appetitus vlti-
mi finis sui in cōmuni vt. s. naturaliter appetat se
esse completū in bonitate. sed in quo illa comple-

tio consistit vtrū in virtutibus vel scientijs vel de-
lectationib⁹ vel h̄mōi alijs: nō est ei determinatū
a natura. quādo ergo ex p̄p̄ria ratione adiut⁹ dei
gr̄a apprehēdit aliquid speciale bonū vt suā beati-
tudinē in quo vere beatitudo sua cōsistit sicut vi-
sionē dei: tūc meret̄ nō ex hoc q̄ appetit beatitudi-
nem quaz naturaliter appetit: sed ex hoc q̄ appe-
tit hoc speciale. s. visionē dei qd̄ nō naturaliter ap-
petit: in quo tñ fm̄ rei veritatē sua beatitudo cōsi-
stit. si vero aliqz p̄rationē erroneā deducat vt ap-
petat aliquid speciale tanqz beatitudinē suaz vt
carnales delectationes in quib⁹ tñ fm̄ rei verita-
tem sua beatitudo nō cōsistit: sic appetēdo suā bea-
titudinē demeret̄. nō qz appetit beatitudinē: sed
qz idēbite appetit hoc vt beatitudinē in quo bea-
tudo nō vere cōsistit. Cōsimiliter dicendū est q̄
amare seipm̄ p̄mo modo amoris simplr̄ et abso-
lute: nō ē meritoriz qz naturalr̄ inest vnicuiqz ta-
lis amor. sed amare seipm̄ q̄^m ad aliqua specialia
s. sub deo et p̄pter deū et ad obsequiū dei: est me-
ritoz adiūcta gr̄a. eo q̄ ad ista specialia nō inest
amor sui naturaliter: sed ista determinant̄ per ra-
tionē et discretionē hoīs fide et charitate adiuti.
vñ in vtroqz casu volendo id quod quis naturalit̄
vult: nō est meritoriz vel demeritoriz fm̄ se: sed
volendo id quod naturaliter vult fm̄ specialem
determinationem prout dictum est.

Sexto Notandū est put sanct⁹ tho-
mas dedit. p̄. p. q. 82. arti.
2. in cor. q̄ sicut intellect⁹ naturalr̄ ex necessitate
inheret primis p̄ncipijs: ita voluntas vltimo fi-
ni vt iam dictū est. sunt aut̄ qdam intelligibilia q̄
non h̄nt necessariā cōnexionē ad prima p̄ncipia
sicut cōtingētēs. p̄positiones ad quaz remotionē
non sequit̄ remotio p̄moz p̄ncipioz: et talibus
nō ex necessitate assentit intellect⁹. quedā autem
p̄positiones sunt necessarie que habent cōnexio-
nem necessariā cum p̄mis p̄ncipijs sicut conclusio-
nes demonstrabiles ad quarū remotionē sequitur
remotio primoz p̄ncipioz. et his intellect⁹ ex
necessitate cōsentit cognita cōnexionē necessaria
cōclusionū ad p̄ncipia p̄ demonstrationis dedu-
ctionē. nō aut̄ ex necessitate assentit anteqz h̄mōi
necessitatē cōnexionis per demonstratōnē cognos-
cat. similiter etiā ex parte volūtatīs. sunt enī que
dā particularia bona que nō habēt necessariā cō-
nexionē ad beatitudinē quia sine his p̄t aliqz eē
beat⁹: et h̄mōi volūtas nō de necessitate inheret.
sunt aut̄ quedā habentia necessariā cōnexionem
ad beatitudinē quib⁹. s. homo deo inheret in quo
solo vera beatitudo cōsistit: sed tñ anteqz p̄ certī-
tudinem diuine visionis necessitas h̄mōi cōnexio

nis demonstratur: voluntas non ex necessitate deo inheret ne his que deus sunt. sed voluntas videtur deum sentire: de necessitate inheret deo sicut nunc ex necessitate volumus esse beati. patet ergo quod voluntas non ex necessitate vult quecumque vult. hec sanctus thomas. Ex quibus apparet quod sicut in speculativis intellectus naturaliter et ex necessitate assentit primis principiis et his propositionibus que necessaria habent ad prima principia connectione quibus. scilicet remotis prima principia non statent: ita etiam in appetibilibus voluntas naturaliter et ex necessitate appetit ultimum finem humane vite qui est summum et perfectum bonum. et ex consequenti eadem necessitate appetit illa bona que necessaria habent connectionem ad ultimum finem et summum bonum. sine quibus constat ipsum summum bonum et ultimum finem adipisci non posse. veruntamen est differentia inter speculabilia et operabilia seu appetibilia. quoniam in speculabilibus sunt multo plures conclusiones de quibus habere certitudinem potest intellectus que habent necessariam dependentiam et connectionem ad prima principia per se nota ut sunt propositiones demonstrabiles. per demonstrationem namque certificatur intellectus de necessaria connectione conclusionis ad principia ex quibus deducitur. in operabilibus vero seu appetibilibus: modica et forte nulla potest haberi certitudo in statu vite de medijs. scilicet bonis particularibus que necessariam habent connectionem ad summum bonum et ultimum finem ita quod sine illis prius haberi non possit: propter operabilia et appetibilia magna habeant varietatem. propter diversitatem temporum locorum ac conditionum et consuetudinum hominum que consideranda sunt circa agenda eo quod operationes sunt circa particularia. putatur dicitur primo methaphisicorum. propter quod philosophus dicit in primo ethicorum. quod scientia moralis non patitur demonstrationem. unde paucissima sunt de quibus sit per se notum et pro certo constet quod habent necessariam connectionem qualis dicta est ad ultimum finem. aliqua tamen sunt: sicut esse et vivere et ea que necessaria sunt ad hominis consistentiam sine qua homo finem suum consequi non potest. putatur. S. Thome. notatur. primo 2. q. 10. ar. 2. ad 3. et huiusmodi bona naturaliter et ex necessitate voluntas appetit que ad modum et ultimum finem. credendum tamen est quod videntes clare divinitam essentiam: vident in ea si que alia sunt bona que necessariam connectionem habeant ad summum et perfectum bonum ac ultimum finem. et illa sic videntes: naturaliter et ex necessitate volunt et amant.

Septimo Notandum est quod ut. S. Thome. deducit de veritate. q. 22. arti. 5. in rebus ordinatis oportet primum includi in secundo. et in secundo invenitur non so-

lum illud quod competit sibi secundum rationem propriam: sed etiam illud quod ei competit secundum rationem primi. sicut homini convenit non solum ratione veri quod ei competit secundum propriam differentiam que est rationale: sed etiam veri sensu et alimento quod etiam ei competit secundum suum genus quod est animal et vivum. natura autem et voluntas hoc modo ordinantur ut ipsa voluntas etiam quedam natura sit. et ita in voluntate oportet inveniri non solum id quod voluntatis est sed etiam id quod nature est. hoc autem est nature cuiuslibet creature: ut a deo sit ordinata in bonum naturaliter appetens illud. unde et voluntati ipsi inest quidam naturalis appetitus boni sibi convenientis. et preter hoc habet aliud appetere secundum propriam determinationem non ex necessitate quod ei competit ut voluntas est. sicut autem est ordo nature ad voluntatem: ita se habet ordo eorum que naturaliter vult voluntas ad ea respectu quorum ex se ipsa determinatur: non ex natura. et ideo sicut natura est voluntatis fundamentum: ita appetibile quod naturaliter appetitur est aliorum appetibilium principium et fundamentum. in appetibilibus autem finis est principium et fundamentum eorum que sunt ad finem: cum ea que sunt ad finem non appetant nisi ratione finis. et ideo quod voluntas de necessitate vult quasi naturali inclinatione ipsius determinata: est finis ultimus ut beatitudo et ea que in ipso fine includuntur ut est cognitio veritatis et quedam huiusmodi. ad alta vero non determinatur de necessitate naturali inclinatione: sed propria dispositione absque omni necessitate. hec sanctus thomas. Ex quibus colligitur quod voluntas non dicitur proprie loquendo divina sui actus secundum quod est natura: sed secundum quod est voluntas. unde et eadem questione 2 ar. 7. loco in oppositum arguit sanctus doctor sic. ex eo quod aliquod est voluntarium: dicitur esse in nobis inquit nos divinus sumus illi. sed illud quod est in nobis cuius divinus sumus possumus velle et non velle. et ita non de necessitate voluntas aliquid vult. ecce argumentum. ad quod respondet sic. Ad. 7. dicitur quod etiam illa ratio preedit de voluntate secundum quod voluntas est. hoc enim est proprium voluntati inquit est voluntas: quod sit domina sui actus.



Quantum ad artem

culum quartum respondendum est objectionibus adversariorum. Et quod ad primum scoti contra conclusionem dicitur primo quod procedit ex falso intellectu quem habuit in dictis sancti thome. putans quod communis ratio secundum quam sanctus thomas dicit beatitudinem appeti naturaliter ab homine: sit secundum abstractionem universalis a particulari. quod est falsum ut ostensum fuit in primo notabili. Dicitur

secundo q̄ capiēdo beatitudinez in particulari pro re in qua vere ponit̄ beatitudo formalis q̄ habet rationē omnis boni et nihil mali aut defect⁹ sicut est visio divine essentie: cōcedim⁹ q̄ ab omnib⁹ necessario ⁊ naturaliter appetit̄ cognoscētib⁹ in ea esse omnē bonit̄onez et nihil mali aut defect⁹. nō enī sanct⁹ thomas negat rē particulārē in qua est beatitudo ab omnib⁹ naturalit̄ appeti: nisi qz non omnib⁹ nota est eius perfecta et summa ratio bonitatis. nec dicit beatitudinez naturaliter appeti ab omnibus nisi presupposito q̄ rō p̄fecti boni ab omnib⁹ cognoscit̄ cognitis terminis esse beatitudinē. quod nō sic est d̄ re particulari beatitudinis. nam multi sunt q̄ ignorāt̄ i qua re beatitudo hoīs vere cōsistat. quāobz̄ de eo varie fuerūt opiniones et errores sicut apparet ex p̄mo libro et decimo ethicozū. Et p̄hec patet r̄sio ad. 2^m. et. 3^m. et. 4^m. ¶ Ad. 5^m. dicit̄ q̄ deficit in multis. primo in eo qd̄ dicit̄ q̄ necessitas in causa inferiori nō pōt̄ determinare modū agēdi cause superioris. hoc enī nō est vlr̄ verū. nam habit⁹ est causa inferior potētia naturali et posterior fm naturā: et tñ determinat modū agēdi potētie vel bene vel male fm rōnem habit⁹ et p̄opte et delectabiliter. item sensus causa inferior est intellectus: et tñ p̄ spēm sensibilis ab eo oblatā: determinat intellectū ad intelligendū rē cui⁹ est illa spēs. et semē tritici determinat virtutē solis q̄ est ad plures effect⁹: ad productionē tritici. et multa similia dari p̄nt. Deficit secundo eo q̄ dicit̄ volūtātē esse causam superiorē intellectu qd̄ est falsuz̄ p̄out in q̄stione precedente fuit ostēsum. Deficit tertio in eo q̄ dicit̄ necessitatem q̄ volūtas necessitat̄ ad aliqd̄ volēdū: puenire ei ex rōne sui et nō ex aliqua alia causa. hoc aut̄ falsum est. nā vt in precedēte q̄stione fuit p̄batuz̄ volūtas necessitat̄ ad volendū illud quod sibi p̄ponit̄ ab intellectu esse bonū et appetibile. necessitat̄ in quā q̄m ad specificationē act⁹ p̄ obiectū sub hoc sensu. q̄ si aliqd̄ vult: necessario vult illud qd̄ sibi p̄posituz̄ est ab intellectu esse bonū. Quarto deficit quia ex necessitate quaz̄ intellect⁹ infert voluntati q̄m ad specificationem actus p̄ obiectū pretendit inferre q̄ volūtas necessitat̄ intellectū et alias vires anime ad exercitiū actus. et sic committitur in argumento fallacia equiuocationis vlr̄ fm quid ad simpliciter. nam si ex necessitate quā infert intellectus voluntati debet inferri q̄ volūtas necessitat̄ intellectuz̄: vtraqz̄ necessitas debet accipi eiusdem rationis: aliter cōmittitur fallacia vt dictum est. vnde licet intellectus necessitet voluntatem ad volendum beatitudinez sibi p̄positam sub ratione p̄fecti boni: nō inde sequitur

q̄ voluntas sic necessitata necessitet intellectū ad semper actu considerandum d̄ beatitudine. quia nec necessitas quam intellectus infert voluntati necessitat̄ voluntatem vt semper actu velit beatitudinem: sed tunc d̄taxat quādo est sibi p̄posita beatitudo vt perfectum bonum. ¶ Ad. 6^m. dicitur q̄ p̄positio illa in qua fundat̄ ratio sc̄ti doctoris intelligitur pro statu vie: non absolute sed supposito q̄ voluntas circa tale bonū debeat habere aliquem actum. quē intellectus. S. Tho. ex p̄mit. p̄ 2^o. q. 10. ar. 2. in cor. put̄ allegatuz̄ fuit in quarto notabili. nam suspendere actum volendi circa illud: bene pōt̄ voluntas in statu vie put̄ ipse expresse dicit̄ in principio eiusdez̄ articuli. ait enim. voluntas mouet̄ dupliciter. vno modo q̄m ad exercitiū actus. alio modo q̄m ad specificationē act⁹ que est ex obiecto. primo ergo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouet̄. pōt̄ enim aliq̄s de q̄cūqz̄ obiecto nō cogitare et p̄ consequēs nec actu velle illud. hec ille. Idē in sentētia dicit̄ d̄ veri. q. 22. ar. 6. in cor. Ex quib⁹ patet q̄ argumētū nō militat̄ cōtra sanctū thomaz̄ imo dicitis eius cōsonat. ¶ Ad argumēta quorundam que recitat durandus dicit̄ primo q̄ si in distinctione quam p̄mittit de duplici appetitu: appetitus naturalis capiat̄ pro appetitu qui consequitur naturam et est illi cōnaturalis qualis est appetitus cōmunis omnibus rebus naturalib⁹: cōcedimus suppositū. i. q̄ talis appetit⁹ nō est act⁹ elicitus s̄ inclinatio quedā inata nature. si aut̄ appetitus natural̄ dicit̄ natural̄ eo q̄ natural̄ in aliqd̄ tēdat etiā si cōsequat̄ ex aliq̄ apphēsiōne virtutis cognitiue: sic dicit̄ q̄ illud presuppositū non est vlr̄ verum. put̄ latius deductū fuit in secūdo notabili. ¶ Hunc vero respōdēdo ad argumēta dicit̄ q̄ ad p̄mū patet respōsio ex his q̄ dicta sūt ad. 5^m scoti. ¶ Ad. 2^m. dicit̄ sicut respōdet durād⁹ q̄ argumētū nō est ad p̄positū. quia nos nō loquimur de inclinatione volūtatis in suū obiectum per aliq̄m habitum acquisitū: sed per ipsam met naturā potentie q̄ habet necessariaz̄ habitudinē ad illud obiectum vt in ipsum feratur actu elicitō. et illa inclinatio pōt̄ esse ita efficax supposita presentia talis obiecti: sicut inclinatio appetit⁹ naturalis. ¶ Ad 3^m. respondet durandus q̄ auctoritas augustini loquitur de libertate a coactione: non de libertate a naturali necessitate. q̄ vt sanct⁹ thomas inq̄t in pluribus locis: libertati volūtatis nō repugnat̄. Quod vero vlr̄ ibi dicunt: nos concedim⁹ p̄ statu vie. put̄ supra dictū est. ¶ Respōsiones autem quas dant ad auctoritates augustini et anselmi nō valent. cum enim dicunt primo q̄ aucto-

ritates beati augustini et anselini intelliguntur & appetitu naturali non autē d' actu elicitō: patet expresse q̄ non est verū. dicit enim augustinus. 13. d' trinitate caplo tertio i fine q̄ ille mim^o qui promisit se diciturū quid omnes vellēt et dixit: vile vultis emere et care vendere. si in quā dixisset beati omnes esse vultis miseri esse nō vultis: dixisset aliqd quod nullus in sua non cognosceret voluntate. q̄c quid enim aliud quisq̄ latenter velit: ab hac voluntate tamē nō recedit. vbi constat q̄ loquitur d' voluntate vel actu voluntatis elicitō de quo mim^o dixerat vile vultis emere et care vēdere. et nō solum loquitur de appetitu naturali voluntatis. Itē in quarto caplo eiusdē libri inquit: cum omnes velint beatitudinē: an omnes eam nouerit. cōstat autē q̄ velle sequens cognitionē: est act^o elicitus. Item in quinto caplo dicit q̄ omnes hoies beati esse volunt: idēq̄ vniū ardētissimo amore appetunt. et subiungit q̄ nullus pōt amare qd omnino nescit. et ita loquit de amore sequēte cognitionē. Anselmus etiā de casu diaboli caplo. 13. circa finē dicit. omnes quippe volūt beati esse. et loquit de beatitudine absolute q̄ includit cōmoduz. de qua dicit q̄ iusticiā non omnes volūt: cōmodū vero nō solum omnis natura rōnalis: sed etiam omne qd sentire pōt vult. nā nullus vult nisi quod aliq̄ modo putat sibi cōmodū. et sic loquit de velle quod sequit cognitionem. qd velle est act^o elicitus. et sic expositio qua exponunt dicta augustini et anselmi non est vera vt clarissime patet intuenti dicta eorū in predictis locis. ¶ Ad argumēta durandi quibus pponit distinctionē de appetitu efficaci et nō efficaci: patet quid dicendū sit ex tertio notabili. Itēq̄ obstat dictis nostris auctoritas augustini quam adducit. nam appetere immortalitatem hui^o vite corporalis: apprehēdit vt impossibile post statū peccati. et ideo nimiruz q̄ appetat appetitu condionato. sed beatitudinē cōsequi: nō reputatur ipossibile etiā a peccatorib^o dñi non conantur operibus illam cōsequi. ac per hoc pōt habere appetitum naturalē beatitudinis: non condionato sed absolutum q̄ ad interiorē actū. de dñi natis autē potest concedi q̄ nō habeant appetitū beatitudinis efficacem et absolutū sicut arguens dicit: quia sciunt beatitudinē esse impossibilē sibi. ¶ Ad argumenta que recitat aureolus cōtra eandem conclusionem: dicitur ad prima quattuor q̄ non militant cōtra nr̄am cōclusionem. nam omnia concludunt q̄ voluntas non de necessitate vult finem vltimū quia pōt suspendere actum considerationis intellectus circa illum. quod nos nō negamus pro statu vie. nr̄a autē conclusio intelligit

vt supra dictum est q̄ ad specificationem actus voluntatis per obiectū: non q̄ ad exercitiū act^o. et de hoc latius dictum fuit in q̄rto notabili. Auctoritas autē augustini quam arguens allegat in primo argumento: loquitur de voluntate electiua non de naturali. vt enī. S. Tho. dicit infra dis. vltima. q. 2. ar. p^o. sub. ar. p^o. in cor. duplex voluntas considerari potest in nobis. s. voluntas deliberatiua et voluntas naturalis. naturalis voluntas non est ex nobis ipsis: sed ex auctore nature q̄ in natura hanc inclinationē posuit que naturalis voluntas dicitur. voluntas vero deliberatiua est in nobis ex nobis ipsis fm q̄ in potestate nostra est inclinari per affectū ad hoc vel illud. et de ista distinctione voluntatis dictum est diffusius in septimo notabili. ¶ Ad. 5^m. negatur minor. et ad ei^o probationem dicitur q̄ assumptum est falsum. immo experimur q̄ maiori conatu et ardore appetimus beatitudinem et esse et viuere que naturaliter et ex necessitate appetim^o: q̄ quodcūq̄ aliud appetibile. quod patet. quia ista bona cunctis alijs appetibilibus preponimus appetitu recto. et i quocūq̄ alio appetibili implicite et virtute appetimus beatitudinem et esse. q̄ autez nō sentiam^o intensiōis ardorem in amando beatitudinē: nō obstat. quia huiusmodi ardorem magis efficit plerūq̄ impetus passionis q̄ ordo nature qui ab auctore nature fm rei condicionem moderatur. ex quo fit vt voluntas cuz sit potentia intellectua lis nature: nō eo impetu feratur etiam in id quod naturaliter appetit: quo fertur appetitus naturalis i rebus inanimatis que magis agūt q̄ agāt. voluntas vero etsi naturaliter feratur in beatitudinem: et tamen ipsa se fert in illam actu a se elicitō de quo nunc loquimur. nam talis est ipsius natura q̄ ipsa se ferat quo tendit affectu. ¶ Ad. 6^m. dicitur primo q̄ minor sicut iacet est falsa. immo si voluntas simpliciter et determinate imperat intellectui q̄ consideret de fine vltimo intellectus ex necessitate considerabit. et sicut voluntas necessitat intellectum q̄ ad exercitiū actus: ita intellectus necessitat voluntatem q̄ ad specificationem actus per obiectum. vnde. S. Tho. p^o 2^e. q. 9. ar. p^o. ad. 3^m. voluntas inquit mouet intellectuz q̄ ad exercitiū actus. sed q̄ ad determinatiōnem actus que est per obiectum: intellect^o mouet voluntatem. Dicitur secundo q̄ consequētia nō valet. non enī sequit si voluntas nō necessitat intellectū: q̄ ideo intellect^o nō necessitet voluntatez. nisi imagineē arguens q̄ omne ab alio motuz: moueatur ab illo et eodez modo. quod nō solū ē falsum: sed est puerile dictum. et maxime in pposito

nō cōsequētia est falsa: qz intellect^o est p̄mus mo-
tor comparatione volūtatis. ¶ Ad. 7^m. dī primo
q̄ minor est falsa. imo intellectus est superior vt in
precedēti articulo probatum fuit. Dicitur secūdo
concedendo cōsequens illatū modo exposito in
responsione precedente. et cum dicit arguens q̄
experimur oppositum: dicitur q̄ est falsum. imo
manifeste experimur q̄ ad imperium voluntatis
intellectus exercet actum suuz. ¶ Ad argumenta
aureoli contra eandē cōclusionem: ad primū dicitur
q̄ procedit ex falso intellectu quē arguens ha-
buit in dictis sancti thome: quēadmodū respōsuz
fuit ad primū scoti. ¶ Ad. 2^m. dicitur q̄ etiam p̄-
cedit ex falsa imaginatione quaz habuit ex dictis
sancti thome. existimās q̄ quecūq; apphēsiō vlti-
mi finis et beatitudinis necessitatē voluntatē ad il-
lum appetendū fm̄ mentē sancti thome qd̄ est fal-
sum. sed fm̄ ei⁹ doctrinā illa apphēsiō beatitudi-
nis per intellectum determinat et necessitatē vo-
luntatē: qua apprehendit beatitudo sic q̄ est sum-
mū bonū et dicitat volūtati summe esse appetēdā.
que apprehēsiō est practica. nā de apprehēsiōne pu-
re speculatiua: i plerisq; locis ipse dicit cū p̄ho. 3^o.
libro de aīa q̄ nō dicit aliqd̄ de fugibili aut p̄sequi-
bili. vñ pōt intellect^o cōsiderare bonū sub rōne ve-
ri et vt sic disputare de bono: et q̄ ad ip̄am cōside-
rationē boni nō moueatur voluntas ad illud ap-
petendum: quia intellect^o nō dicitat p̄ tunc illud
esse appetendum. cōcedimus ergo q̄ stante appre-
hensione summi boni speculatiua precise: volun-
tas pōt non appetere illud actu nec desiderare vt
arguens obijcit. sed hoc non militat contra nos.
¶ Ad. 3^m dicitur q̄ si laico pponat̄ intelligibiliter
que sit natura beatitudinis et summi boni: falsuz
est vt arguens dicit q̄ aliud bonum plus appetat.
et preterea i quocūq; bono quod homo appetat
primo et principaliter appetit vltimus finis. Ut
enī. S. Tho. dicit. p^o 2^o. q. 1^a. ar. 6. in cor. vltim^o
finis hoc modo se habet in mouēdo appetitum si-
cut se habet in alijs motionib⁹ primū mouēs. ma-
nifestū est aut̄ q̄ cause secūde mouentes non mo-
uent nisi fm̄ q̄ mouent a primo mouēte. vnde se-
cūda appetibilia nō mouēt appetitū nisi in ordie
ad primū appetibile qd̄ est vltimus finis. neq; ob-
stat q̄ appetēs aliquid nō actu cogitet de vltimo
fine nec semper illud appetat. qm̄ vt sc̄tus doctor
ibidē dicit ad tertiu⁹: nō oportet q̄ semp̄ hō cogi-
tet de vltimo fine quando cūq; aliqd̄ appetit vel
operat̄. sed virtus p̄me itētioniē q̄ est respectu vl-
tūmi finis: māet in quolibet appetitu cuiuscūq; rei
etiā si de vltimo fine actu non cogitet. ¶ Ad. 4^m
dicitur q̄ complacere de complacētia quaz quis

habet de bono adepto vel amato: dupliciter po-
test contingere. vno modo ipso eodem actu quo
habet cōplacētia boni amati. quēadmodū eodē
actu fruitionis fruimur deo et fruitione dei prout
S. Tho. dicit. p^o 2^o. q. 11^a. ar. 3. ad. 3^m. et sicut co-
de actu intelligo rem et intelligo me intelligere
prout. S. Tho. inquit. p^o. li. sen. dif. p^o. q. 2. ar. p^o.
ad. 2^m. et isto modo eandē necessitatē vel cōtigē-
tiā habet ipsum cōplacere de complacētia: quam
hēt complacētia de bono adepto cuz vtriusq; sit
idem actus. alio modo pōt cōtingere eiuscemodi
complacere q̄ sit per reflexionē voluntatis sup̄ cō-
placētia habitā de bono adepto vel amato: et
isto modo ip̄m cōplacere est ali⁹ act⁹ a cōplacētia
de qua est: z nō est simul cū actu p̄me cōplacētie
cum iste actus sit rect⁹ et illereflex⁹. et p̄ cōsequēs
non hēt ex sua rōne q̄ sit eiusdē necessitatis vl⁹ cō-
tingētie cū prima cōplacētia de bono amato. hac
distinctione habitā dicim⁹ q̄ loquēdo de cōplacere
p̄mo modo: maior p̄positio ē vera et minor est
falsa. si vero loquimur d̄ cōplacere secūdo modo
maior p̄positio ē falsa et minor est vera. et sic quo-
cūq; modo arguens loquat̄ processus est nullus.
¶ Ad. 5^m. dicit q̄ loquēdo de cōplacētia imedia-
ta vltimi finis: minor ē falsa. imo in ea volūtas qe-
tatur z imobilitat̄ sicut in ipso vltimo fine. ¶ Ad
6^m. dicit q̄ minor est falsa. imo qlibet naturalit̄ z
ex necessitate diligit seip̄m eo modo quo dictū est
in quinto notabili. vbi patet respōsiō ad alia que
arguēs iducit i suo p̄cessu. ¶ Ad argumēta aureo-
li cōtra rōnes sc̄ti thome: ad p̄mū cōtra p̄maz rō-
nem dicit q̄ assumptū est falsum. s. q̄ illa rō sit de-
ducibilis ad oppositū. et ad ei⁹ p̄bationē: dicim⁹
q̄ p̄ncipiū particulare i speculabilib⁹ nō necessitat
intellectū nisi qz hēt necessariā depēdētiā et cōne-
xiōnē ad p̄mū p̄ncipiū vltimū. et eo ip̄o modo i
appetibilib⁹ etiā particularia appetibilia q̄ neces-
sariā depēdētiā et cōnexionē habēt ad p̄mum ap-
petibile qd̄ est vltim^o finis: necessitat volūtātē. vt
pari modo se habeat intellect^o in speculabilib⁹ cir-
ca necessitatē et cōtingētiā: sicut volūtas in appe-
tibilib⁹. et de hoc lat⁹ dictū fuit in sexto notabili.
¶ Ad primā p̄firmationē dicit q̄ quocūq; modo
accipiant̄ principia et fines a p̄ho: nō obstat rōni
sc̄ti doctoris. qz etiā de p̄ncipijs nō vltimis et de
finib⁹ cōtra vltimū finē: veritatē hēt dictum p̄hi et
rō sc̄ti thome sup̄ eo fundata si vniformiter vtraq;
capiant̄ q̄ ad depēdētiā et cōnexionē sicut dictū
est. et per hec patet respōsiō ad secūdā confirmā-
tionē. assumit enī falsum. nam fallacia cōsequētis
non cōmittit̄ quādo similitudo vtrōbq; parifor-
miter regitur sicut in n̄ro p̄posito. ¶ Ad. 2^m. p̄tra

secundam rōnem. S. Tho. dicitur q̄ arguēs non satis habuit mētē. S. Tho. nam cū dicit omnem motum reduci ad aliquod imobile: intelligit vltimate et non ita q̄ ad quodcūq; mot⁹ vel mobile reducitur: sit simpliciter imobile. vnde responsio ibi data bona est. Itēq; valet ei⁹ prima impugnatio. nā dictum p̄bi si capiat vlr de quocunq; scire debet intelligi q̄ appetit. p̄pter se respectu exteriorum bonorum et cōmoditatum huius vite. naz ipse in. p̄. et. 10. ethi. ordinat omne scire ad scire quod habetur de altissima causa in quo ponit vltimā felicitatem. si autē accipit scire nobilissimū: cōcedimus q̄ p̄pter se vltimate appetat tanq̄ vltimus finis. Itēq; valet secunda impugnatio qm̄ falsum assumit. nō enī est verum q̄ p̄pterea omnis motus aīalium inicit alicui imobili: qz mouentur per impulsione. quia nō solum in aīalibus verum est q̄ omnis mot⁹ inicitur alicui imobili: sed etiā in omnibus partibus vniuersi et in toto vniuerso sicut probat p̄hs. S. phy. Et p̄terea falsuz ē q̄ voluntas nō moueat ad aliqd̄ impulsione nature ad vltimū finem. naz et si actu elicit ad illū moueat non tñ sine impulsu nature quo voluntas talē actū elicit. vnde nō est in ei⁹ libertate illū elicere vlr nō elicere: quia nō elicit illū vt voluntas sed vt natura. et de hoc dictum est in septimo notabili. ¶ Ad 3^m. contra tertiam rationē dicit q̄ ad primū patet respōsio ex solutione precedēte. ¶ Ad 2^m. dicitur primo q̄ assumptum est falsum. et ad ei⁹ p̄bationem dicitur q̄ cōmittit in ea fallacia consequētis sic arguendo. voluntas non necessitat̄ circa aliquid quantūcūq; velit illud participatione vltimi finis: ergo non necessitat̄ circa vltimum finem. nō valet cōsequentia. sicut nec valet sic arguendo. illud est bonum per essentiā cui⁹ participatione est bonū quicqd̄ est bonū. sed nullū bonum aliud a deo est bonū p̄ essentiā. ergo nec deus est bon⁹ per essentiā. fallit enī vtrobicq; qz arguit negatiue ab inferiori vel ab eo qd̄ min⁹ est ad superius vel ad id quod mai⁹ aut p̄fecti⁹ est. Dicitur secundo q̄ minor est falsa vniuersaliter sumpta. nā vt deductū fuit in sexto notabili: aliqua sunt bona q̄ volumus participatione vltimi finis: ad que volendū necessitat̄ voluntas. ¶ Ad 3^m. dicit falsum esse q̄ oppositum eius quod cōcludit teneat. S. Tho. imo vt in pluribus locis ille probat: omnesz angeli et hoīes naturaliter diligūt deū. et omnes creature appetūt deū suo modo vel implicite vel explicite. put. S. Tho. p̄bat de veri. q. 2. ar. 2. ¶ Ad 4^m. principale cōtra quartā rationem patet respōsio q̄ ad primū eius p̄cessuz ex his q̄ dicta sunt in responsione ad. p̄. et. 2^m. ¶ Ad secun-

dum eius p̄cessum cōcedimus totā deductionē. non enī militat cōtra nos. nam ipsaz suspensionē actus: voluntas vult ex impressione et participatione vltimi finis: quia pro eo q̄ existimat talem suspensionem esse quid bonum et sic habere similitudinem beatitudinis et ad eam cōducere. Cū S. Tho. in hac dis. q. p̄. ar. 3. sub. arti. 4. ad. 2^m. respondet ad simile argumētū dicens. cū quis appetit aliquid: ex hoc ipso efficit vt desideret illud in quo eius aliqua similitudo inuenit: quāuis principale desideratum habere non possit. et hoc modo omnes q̄ peccata appetunt: ad beatitudinē tendunt et ad dei imitationē vt dicit augustin⁹ secundo cōfessionū. ¶ Ad 5^m. principale cōtra quintā rationē cōcedimus primā deductionē. et ad secundam negat̄ assumptū q̄. s. esse et viuere nō sint naturaliter ab omnib⁹ volita. et ad eius p̄bationem respondet. S. Tho. infra disti. 5. q. 2. ar. p̄. sub ar. 3. in cor. q̄ non esse et non viuere pōt dupliciter cōsiderari. vno modo fm̄ se: et sic nullo modo potest esse appetibile cum nō habeat aliquam rōnez boni sed sit pura boni priuatio. alio modo pōt cōsiderari inq̄m̄ est ablatiū penalis vel misere vite et sic non esse accipit rationem boni. carere enim malo: est quoddaz bonum prout dicit p̄hs in. 5. ethi. Et in responsione ad primū ait sic. quod enī dicitur q̄ esse et viuere ab omnibus appetitur naturaliter: non oportet hoc accipere q̄ ad malaz vitam et corruptam et eam que est in tristitijs vt p̄hs dicit in. 9. ethi. ¶ Ad 6^m. contra sextam rationem dicitur q̄ vt sepe dictuz est: aliqua sunt p̄ter beatitudinē que homo naturaliter vult. neq; est verum q̄ huius opposituz experiamur vt arguens fingit. vile autēz emere et care vendere: non est cōmuniter ab omnibus appetitum quia non a iustis. nec in hoc standum est auctoritati mimi i teatro declamantis. quā arguens inducit tanq̄ fuisset doctoris irrefragabilis in cathedra sententias decernentis. vnde augustin⁹. 13. libro de trinitate cap. 3. in fine reprehendit et deridet illō dictum mimi. ¶ Ad 7^m. contra septimam rationem concedimus totam deductionem. non enim militat contra nos qui tenemus q̄ voluntas potest suspendere actum voluntatis circa vltimū finem in statu vie: sed non contra dictamen rationis. ¶ Ad 8^m. contra octauam rationem dicit q̄ ratio ista quamuis non reperiatur in forma sicut iacet in dictis sancti thome: potest tamen ex ipsis trahi. et tunc ad reductionem arguentis in ei⁹ oppositum: dicit q̄ falsum nobis imponit dicens q̄ opposituz nos dicam⁹. imo vtrāq; p̄positionē sancti thomas tenet i plerisq; locis vt ex sup̄ dictis p̄.

Ad. 9^m. contra nonaz rationē cōceditur totus processus. ita q̄ stāte estimatiōe de deo q̄ sit in eo omnis ratio boni ⁊ nihil penit⁹ mali: nō potest voluntas resillire ab eius dilectione sic q̄ ipsuz odio habeat. et cum arguēs ex hoc infert q̄ nullus poterit peccare nisi prius sit hereticus: negat consequētia. quia nō omne peccatū presuponit odiū dei neq̄ erroz heresis in mēte. pōt enī quis face- re cōtra legē dei quod est peccare: nō male senti- ens de deo aut de ei⁹ lege. nam non est idem pec- care in legē et male sentire per intellectū de lege. et si aliqui peccatores deū odio habēt sicut de dā natis dicitur: illud est non quia deū in se odio ha- beant: imo illū fm se naturaliter diligūt. sed quia aliquos eius effect⁹ oderūt: ex cōsequēti odio ha- bent deū. nō fz se: sed inq̄^m ē taliū effectū actor. Unde. S. Tho. de veri. q. 22. ar. 2. ad. 3^m. deus inquit pōt dupliciter cōsiderari. vel in se vel in ef- fectibus suis. in se quidē cū sit ipsa essentia bonita- tis: non pōt non diligi. sed in aliq̄bus effectib⁹ suis inq̄^m sunt cōtrarj voluntati sicut sunt pene illate vel precepta q̄ grauiā vident: ipse deus refugit et quodā modo odio habet. et tamen oportet q̄ illi qui eum q̄^m ad aliquos effect⁹ odiūt: in alijs effe- ctibus eum diligant. sicut ipsi demones fm dioni- siū. 4^o. caplo de diui. nomi. appetūt esse et viuere naturaliter. et in hoc ipm deū appetunt et diligūt. hec ille. Idē in sentētia dicit in hoc quarto dis. 50. q. 2. ar. p^o. sub. ar. 5. Et. p^o. p. q. 60. ar. 5. ad. 5^m. Et. 2^a. q. 24. ar. p^o. et in multis alijs locis. Ad confirmationē dicit. q̄ pcedit ex falso supposito. presuponit siquidē q̄ in peccando et in odiendo deum vel non diligendo cum proponitur vt sum- ma bonitas: stet experiētia propzel libertatis. qd est falsum. non enim posse peccare est libertatis s̄ defectus libertatis. vnde et in deo qui peccare non potest ponit liberum arbitriuz. et de hoc. S. Tho. p^o. p. q. 62. ar. 8. ad. 3^m. et in plerisq̄ alijs lo- cis. Ad. 10^m. contradecimā rationē dicitur q̄ deductione arguētis: minoz propositio est falsa. et ad eius primā pbationē dicitur q̄ assumptū est falsum. tum quia non solum deus replet totaz ca- pacitatem mentis mediāte actu dilectionis: sed etiam mediante actu cognitionis. tuz etiam quia falsum est q̄ dilectio dei non repleat totam potē- tiam voluntatis. neq̄ valet huius pbatio. quia li- cet voluntas sit in potentia ad multas dilectiōes omnes tamen ille referuntur ⁊ ordinantur ad di- lectionem dei. que omnes illas comprehendit et superexcedit: vel actu sicut in patria: vel virtute si- cut in statu vie. nam et omnia bona sunt bona ac- per hoc appetibilia participatione prime bonita-

ris. vnde sicut dictum fuit supra: non solū creatu- re rationales s̄ etiaz omnes creature naturaliter appetunt deū implicite vel explicite: pro eo q̄ om- ne bonum creatuz participatiōe diuine bonitatis ē bonū. quo circa in hac dis. q. p^o. ar. 3. sub. ar. 4^o. et p^o 2^o. q. p^o. ar. 6. S. Doc. probat rationibus ef- ficacibus q̄ omnia quecūq̄ homo vult: propter vltimū finem vult quideus est. Ad secundaz pro- bationem dicit q̄ minoz est falsa. naz quāuis deo presente voluntas in multis alijs possit compla- cere: nō ideo est quia non satiatur dilectione dei qui habet omnez rōnem boni. sed illud fit quasi p- quāndā redundantiam et consequētiā. sicut enī videns diuinā essentiā: videt multa alia ex con- sequenti quozum omniū veritas et entitas in di- uina essentia continet: ita et diligens deum p̄sen- tem: diligit multa alia ex consequenti quia. s. p̄p̄ deum et quia in eis diuina bonitas refulcet. vnde sicut augustinus dicit in quinto libro confessionū. infelix homo qui scit omnia illa. s. creaturas: te au- tem nescit. beatus aut̄ qui te scit: etiam si illa nescit. qui vero te et illa nouit: nō propter illa beati- or est sed propter te solum beatus. ita parifo: mi- ter dicendum est de dilectione. infelix homo q̄ oīa diligit: te autem non diligit. beatus autem qui te diligit: etiam si illa nō diligit. qui vero te et illa di- ligit: non propter illa beatiore est aut capacior: sed p̄pter te solum beatus est. Ad argumēta scoti que capreolus adducit in fine responsionū huius articuli: hic non respondemus quia prima distin- ctione primi libri questione tertia recitantur om- nia in forma et ad ea respondetur. Ad argumē- tum ante opposituz respondet. S. Tho. in hac dis- tin. q. p^o. arti. 3. sub. arti. p^o. ad. p^o. q̄ beatitudo q̄^m ad id quod in ipsa est per se voluntatis prin- cipale obiectum: est omnibus nota. sed q̄^m ad id quod accidit per se obiecto: nō est nota omnib⁹. omnes enim cognoscunt perfectum bonū et hoc appetunt dum beatitudinez appetunt. sed hoc p̄se- ctum bonum esse voluptatez vel diuitias virtutē vel quicquid huiusmodi: est per accidens. et ideo circa hoc non est inconueniens multos fuisse erro- res. Et in hoc articulus terminatur.



Vteri^o cir

ca eandē quadragesi mā nonā distictione z q̄ritur vtrū intellect^o creat^o ex solis natura libus possit ptingere ad vidēdū deū p esse tiaz et arguit q̄ sic. qz dicit in tertio de anima . sicut se habet vi-

sus ad visibile: ita se habet intellect^o ad intelligibile. sed visus non impeditur a visione alicuius nisi aliquo quattuor modoz. vno modo ppter corruptionē visus: sicut quando est aliq̄ macula i pupilla. quod nō pōt dici de intellectu angelico etiā in statu naturaliū: quia angeli sunt specula mūda et clarissima vt dicit dionisius. 4^o. caplo de diuinis nominibus. alio modo ppter absentiam visibilis. nec hoc pōt dici in pposito. quia de^o est presens omni intellectui quia omnia iplet. tertio modo ex hoc q̄ visibile nō est visibile in actu sicut colores in tenebris. nō enī fiūt visibiles actu nisi per lucez. quod etiā in pposito dici nō pōt. qz ipse de^o p seipsum est visibilis cuz sit lux intelligibilis vt patet ioānis pmo. quarto modo ppter excellētiā obiecti qd̄ correspōdet sensui. nec hoc in pposito locum habet. excellētiā enī intellectualis nō cor respōdet intellectui sicut excellentie sensibilibum correspōdent sensui vt dicit tertio de anima. ergo nihil impedit quin intellect^o creatus ex pprijs naturalibus deū videre possit p essentiaz. ¶ In oppositū arguit. qz iRo. 6. dicit. gr̄a dei vita eterna. sed videre deuz p essentiā: est vita eterna fm̄ illō ioā. 17. hec est vita eterna vt cognoscant te. ergo videre deū p essentiā cōuenit intellectui creato p gratiam et non p naturam. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



Quantuz ad pri-

mū articulū sit p̄ma conclusio q̄ nullus intellect^o creat^o ex pprijs naturalib^o pōt videre diuinaz essentiā apta visione. hanc cōclusionē tenet. S. Tho. i hac dis. q. 2. ar. 6. Et. p^o. p. q. 12. ar. 4. Itē de veri. q. 8. ar. 3. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 52. ¶ Secūda cōclusio ē q̄ intellect^o creatus indiget adiutorio luminis glorie ad vidēdūz clare diuinā essentiā. hanc cōclusionem tenet. S. Tho. in hac dis. loco p̄allegato. Et. p^o. p. vbi sup̄ ar. 5. Et de veri. loco p̄ime allegato. Itē p̄tra gen. loco p̄ime allegato. caplo. 53.



Qantum ad se-

cundū articulū arguit cōtra conclusiones. Et quidē cōtra p̄maz arguit scot^o ipugnādo p̄bationē ei^o qua sic arguit. cognitio cuiuscūq̄ cognoscētis est fm̄ modū sue nature. ergo si modus essendi alicui^o rei cognite excedat moduz nature cognoscētis: oportet q̄ cognitio ipsius rei sit supra facultatem nature cognoscētis. hoc enī inquit scot^o nō sequit. quia arguit ex p̄positionib^o nō sylogizatis. nec video q̄ ista cōsequētia teneat nisi isto modo arguēdo. q̄ si mod^o cognitionis est fm̄ cognoscentem: ergo nulla cognitio naturalis excedit modū nature cognoscētis. ergo nulla cognitio naturalis est de obiecto cuius cognitio excedit modū nature cognoscētis. cū ergo mod^o cognitionis sit fm̄ modū cognoscibilis: si mod^o essendi rei cognite excedat modū cognoscētis: cognitio ei^o erit sup̄naturalis. sic enī arguēdo argumentū tenet: s̄ tūc vna p̄positio ē falsa. s. hec. modus cognitionis ē fm̄ modū cognoscibil. et hec simili. q̄ nulla natural cognitio ē d̄ obiecto cuius natura excedit modū nature cognoscētis. qz licet cognitio nō sit sup̄ naturā cognoscētis: ē tū obiecti habētis modū cognoscibilē et modū nature vltra modū nature cognoscētis. aliter nūq̄ impfecti^o cognosceret p̄fecti^o naturalit. nec tūc angel^o infimus possz naturalr cognoscere angelū sup̄remū. ¶ 2^o. qz si rō cōcluderet: tūc intellect^o beati cuz lumine glie vel quocūq̄ hitu charitatis nō possiet ptingere ad visionē diuine essentie. quia modus nature cognoscētis cū omnib^o illis: essz inferior in infinitū modo nature cognite. ¶ 3^o. quia nō oportet int̄ obiectū et potētiā eē p̄portionē eqlitatis: s̄ poti^o similitudinis q̄ est inter actiuū et passiuū. q̄ nō est fm̄ p̄portionē virtutis q̄ reddat quantitatez virtuales alteri^o: sed oportet esse p̄portionē motiui ad mobile: ita q̄ hoc obiectū possit mouere et illa potētiā imutari ab illo. vnde obiectū debet p̄portionari potētiē receptiue motionis sicut opatiuū p̄portionat̄ terminio sue opationis: et nō quantū ad p̄portionē duplicis vel triplicis vel alicuius alteri^o. ¶ 4^o. qz ordinatū ad finē p̄portionat̄ illi fini in attigendo ipm. et tū ordinatū cū omnib^o additis: ē finitū et finis est infinit^o. ergo sic in p̄posito licet cognitū in se sit natura infinita: tū pōt cognosci naturalit a cognoscēte hūte naturā finitā. ¶ 5^o. qz si loquamur d̄ p̄portione geometrica tūc nulla est p̄portio finiti ad infinitū. quia finitū q̄tiēscūq̄ sumptū nūq̄ reddit infinitū. et isto modo si entitas creata ē ip̄portionata ētitati icreate

in entitate: ita et in intelligibilitate. sed ex hoc non sequitur quod sit intelligibile improporzionabile nisi loquendo univozmiter de pporzionabilitate geometrica. sed non sequitur quod sit intelligibile improporzionatum virtuti cognitive ipsius cognoscentis: quia pporzio obiecti ad potetiam est de alio foro. hec scotus. ¶ Contra eandem arguit duradus sic dicens. nihil cadens sub ratione formali obiecti: excedit pporzionem potentie p se: licet possit excedere p accidens. sicut claritas solis in se excedit visum noctue ppter hoc quod organum visus in noctua leditur et dissolvitur a claritate solis in rota sua. sed si hoc non esset: visus noctue posset dare et manifeste videre solem. quod satis inuit philosophus in quodam simili curz dicit quod si senex haberet oculum iuuenis: videret ut iuuenis. ergo excessus obiecti sup potetiam non potest esse causa cognitionis obscure et confuse nisi p accidens: vel rone organz ut in potetis sensitivis: vel rone modi cognoscendi ut in potetia intellectiva que non cognoscit naturaliter deum vel subas separatas nisi p creaturas corpales que sunt inferioris gradus nec possunt perfecte representare eum. omnis enim potetia habet pporzionem cum omni eo quod cadit sub rone sui obiecti. deus autem cadit sub rone entis que est formalis ratio obiecti intellectus. hec ille. ¶ Contra secundam conclusionem arguit scotus p bado quod lumen glorie non sit necessarium ad hoc quod intellectus creatus deum p essentia videat. quia si tale lumen distinctus ab actu visionis et fruitionis requiratur: aut hoc erit ad hoc quod intellectus sit susceptivus visionis: aut ad hoc quod sit actus illius. sed nec hoc nec illud ut patet. ergo et est minor probatio. quod enim non requiratur ad hoc quod intellectus sit receptivus beatitudinis: probatio quia rone recipiendi beatitudinem non potest esse aliquid habitus: quia nullo modo p habitus recipitur actus. quia cum habitus generetur exactibus: sequetur ad actus. ergo habitus non est ratio recipiendi actus in via. et multo magis nec in patria. ¶ 2. ad idem. quia susceptivum quod ordinatur ad multas formas maxime ordinatur ad perfectissimam. sed anima humana ordinatur ad plures formas sup naturales quaz perfectissima est beatitudo. ergo anima humana maxime ordinatur ut perficiatur beatitudine. ergo si anima humana sit immediatus susceptivus alicuius illarum: maxime erit immediatus susceptivus beatitudinis quia maxime illa perficitur. Dicitur forte quod habitus requiritur ut perfectius perficiatur beatitudine: unde habitus tunc requiritur propter perfectionem beatitudinis: contra. tunc sequeretur quod humana anima finem quod perficitur beatitudine: non perficiatur simpliciter sed ille habitus simpliciter. et tunc ille habitus videret et charitas diligeret deum: et anima humana non ni

si p accidens et finem quid. sed sicut superficies est per se colorata non autem substantia nisi p accidens mediante superficie. igitur anima humana in puris naturalibus est immediatus susceptivus beatitudinis. Sed p batur alia pars. scilicet quod nec tale lumen ponendum sit propter operationem eliciendam. quia aut hoc erit necessarium propter obiectum aut propter potetiam. non propter obiectum: quia cum ipsum sit in se presens: sufficit ad causandum actum visionis que est ex parte obiecti. Item quia si aliquid requireretur ex parte obiecti: hoc esset species obiecti quam tamen tu non ponis. nec potest dici quod illud lumen sit necessarium propter intellectum ut eliciat operationem: quia forte intellectus se habet ibi mere passive. tunc etiam quia habitus non est simpliciter principium agendi: sed sic agendum. nam aliter habitus esset potetia. ergo intellectus habet quod simpliciter potest acquirere beatitudinem: licet non habeat quo taliter posset in beatitudinem nisi mediante aliquo habitu. ¶ 2. principaliter arguit sic. omni potetie passive in natura: correspondet aliqua potentia activa in natura. si in anima est potentia passiva que naturaliter est receptiva beatitudinis. ergo sibi correspondet aliqua potetia activa naturaliter. ergo intellectus sine tali habitu sola naturali actione potest consequi beatitudinem. ¶ 3. quia perfectio inferior potest virtutis contineri in perfectione superioris ut patet in essentiali ordine specierum. sed quod cumque accidens est imperfectius que sit natura intellectualis. ergo si aliqua natura intellectualis indigeat tali habitu ad consequendum suum finem: fiat aliqua natura intellectualis in tanto gradu in quanto habitus est necessarius nature intellectuali inferiori. ergo poterit ex puris naturalibus consequi beatitudinem. hec scotus. ¶ Contra eandem arguit aureolus multipliciter. et primo vult probare quod lumen glorie non requiratur ad hoc quod illo mediante intellectus agens cooperetur divine essentie in causando visionem beatificam. ¶ Primo quia quod est intellectum in actu et nullo modo intelligibile in potetia: potest de se sufficienter causare intellectionem in intellectu absque hoc quod aliquid sibi cooperetur. propter hoc enim ponitur intellectus cooperari phantasie: quia phantasma est intelligibile in potetia et non intelligibile in actu. unde commentator. 3. de anima commento. 31. dicit quod si vis essent extra animam sicut posuit plato: non indigerem intellectum agere neque esset aliqua necessitas in ponendo illum. videmus etiam quod calidum in actu potest generare calorem absque aliquo coagente et sensibile sensationem. sed constat quod deus non est intelligibilis in potetia imo est summe intelligibilis in actu. ergo potest sui intellectionem causare in potetia absque hoc quod coagat sibi intellectus agens. ¶ 2. quia actio intellectus

intellect⁹ agētis est pncipalis phantasmatis aut instrumentalis. aut ergo i visione beatifica intellectus agēs est pncipalis et eēntia diuina agens instrumentale: aut ecōtra. sed non pōt dici p̄mu3 qz tunc homo ex puris naturalibus pncipaliter beatificaretur. nec pōt dari secundū: qz tunc variabitur actiuitas agētis et fieret de agente pncipali agēs instrumentale. ergo nullo modo causat visionē beatificā. **C. 3^o.** quia illud quod habet mere et eēntialiter rationē redditi pro merito: debet esse totaliter a premiāte effectiue et nullo modo a p̄m̄ium recipiēte. nam si detur oppositum: non habebit ex toto rationem p̄m̄ij sed partialiter tantū. sed constat qz visio beatifica ē totaliter merces et p̄m̄ium quod p̄ merito redditur. ergo ex toto ē a deo p̄m̄iante. **Confirmatur p̄ illud philosophi p^o ethi.** si aliquod est donum deorum hominibus: rationabile est felicitatē dei: datū esse maxime humano et quāto optimum. **C. 4^o.** illud quod habet summuz et infimum: in virtute videtur habere quodlibet mediū. sed constat qz intellectus agēs habet virtutem ad intentiones rerū immaterialiū que sunt infime. ergo si habet in virtute visionē beatificā que summa est inter intellectiones: sequitur qz habebit in virtute omnes intellectiones creaturaz possibilium dato qz sint infinite possibles fm opinionē multoz. et fm hoc erit infinitus i virtute. ergo. **C. 5^o.** quando cūqz in aliquo genere inuenitur aliquid ignobilius excedēs facultatē nature: videtur qz nobilissimuz in illo genere multo fortius excedat. sed inter ea q̄ spectāt ad intellectum repiunt quedā q̄ naturā excedūt nec sunt in virtute intellect⁹ agētis aliquo mō vt donū fidei vel habit⁹ sapiētie et intellect⁹. cōstat aut qz ista ignobiliora sunt q̄ actus visionis btē. ergo visio beata nullo mō cōtinet in virtute intellect⁹ agētis. **Secūdo loco arguit idē aureolus p̄ bādo qz nulla actiuitas ē attribuēda intellectui possibili respectu act⁹ intelligēdi.** dicit enī sic. oīs actiuitas q̄ est circa intellectionē: attribuēda ē intellectui agētis et nulla possibili. idcirco solū ille appellat lumē tertio de aīa a p̄ho: vbi dicit qz ē habit⁹ vel lumē. et ab augustino. 12. d. trinitate ca^o vltimo et i plurib⁹ alijs locis. hāc aut p̄positionē pono contra illā opinionē q̄ dicit qz intellect⁹ possibilis est passiu⁹ in recipiēdo spēm: sed ē actiu⁹ vna cū spē ad intellectionē p̄cipue i cōponēdo et diuidēdo et distribuēdo. sed hoc nō obstatē p̄positio opposita vera ē. qd̄ patet. qz sicut se hēt materia p̄ma in genere sensibiliū: sic intellect⁹ possibilis i genere intelligibiliū. sed p̄ma materia cui3 careat omni

actu et sit pura potētia: nullā hēt actiuitatē in genere sensibiliū nec etiā coagit forme recepte tāqz pncipiuz agēdi. ergo nec intellect⁹ possibilis hēt aliquā actionē in genere intelligibiliū nec coagit sicut causa partialis spē recepte ad intellectionē. **C. 2^o.** qz q̄ oē dicit: nihil excludit. sed p̄hus dicit tertio d aīa qz intellect⁹ agēs est q̄ est oīa facere. ergo intellectio et cōpositio et diuisio et discursus sūt virtute intellect⁹ agētis actiue: et virtute possibilis tm̄ receptive. vñ et cōmētator tertio de aīa cōmēto. 32^o. dicit qz actio intellect⁹ possibilis nō est actio s3 passio. ergo et c. **C. 3^o.** si intellect⁹ possibilis ageret ad intellectionē aut ad cōpositionē et diuisionē: eēt dare duo agētia. s. illud i virtute cui⁹ spēs imp̄m̄ij intellectui possibili: et aliud virtute cuius intellectio mediātē spē gignit. sed hoc est supflūū et cōtra dicta p̄ho et sc̄toz q̄ nō diuiserunt intellectū nisi i istas duas differentias. s. in agentē et possibile: nec posuerūt duo agētia. et itē sequitur qz multo nobilius et p̄stātius agēs esset intellectus possibilis q̄ ille q̄ appellat agēs p̄ quāto ageret ad nobiliozē effectū puta actu3 intelligēdi. ille vero ad ignobiliozē. s. ad similitudines. sed hec sunt absoluta. ergo oīs actiuitas attribuēda est agētis et nullo mō possibili. et hic ē qz appellatur lumē qz luminis ē manifestare ad epheseos. 5^o. oē qd̄ manifestat lumē est. sol⁹ aut intellectus agēs actiue manifestat vt dictuz est. et ideo solus dicit lumē: possibilis vero nō. hec aureol⁹ in forma. **Tertio loco p̄bat qz nō exigit lumē glorie ad vigozandū intellectū possibile vt suscipiat beatificā visionē aut ad ip̄m eleuādum aut ponendū in eē potestatiuo vt possit suscipere. p̄mo qz illud nō idiget vigozari respectu aliquid⁹ obiecti: qd̄ ab illo obiecto passione abiectiua nō patit. p̄pter hoc enī ocul⁹ noctue idiget vigozatione si debet aspiciere rotaz solis: qz obrueret et aliqd̄ abijceret a substātia eius rōne sue materialitatis et passibilitatis. sed cōstat qz intellectus possibilis nō patit passione abiectiua cui3 sit imaterialis ab obiecto quocūqz etiā a diuina essentia imo magis p̄ficiat. ergo nō indiget vigozatione ad hoc qz diuinā essentia intueat. Et cōfirmat p̄ illud tertio de aīa. intellect⁹ postqz intellexit maxima intelligibilia: nō min⁹ intelligit minorā imo magis. **C. 2^o.** sicut se hēt materia p̄ma in genere scibiliū: sic intellectus possibilis i genere intelligibiliū. sed null⁹ diceret qz materia p̄ma indigeat vigozari cū nullū vigozē intrisece habeat sed sit pura potētia. p̄cipue respectu nobilissime forme q̄ est aīa rationalis fm sic opinantes. imo eam imediate suscipit. ergo intellectus**

possibilis immediate poterit suscipere nobilissimum actum ad quem est in potentia. scilicet visionem diuine essentie. nec intellectus vigorabitur cum sit potentia pura. ¶ 3.º. quod aut illud lumen eleuaret aut vigoraret intellectus possibile tanquam dispositio mediana inter potentiam et actum in recipiendo sicut mediat superficies inter corpus et colorem quod proprium est superficie primo loco colorari et mediante ea inesse corpori. aut sicut dispositio mediana inter potentiam et agens in patiendo sicut mediat mollicies inter ceram et sigillum. non enim mediat inter ceram et figuram quasi figura primo in sit mollicies: sed inter ceram et sigillum. quia nec sigillum posset figuram imprimere nec cera pati nisi ratione mollicies. sed non potest dici quod requiratur talis habitus propter primum. tum quod actus visionis primo in esset illi habitui: et per consequens esset primo beatus. et ideo si separaretur ab intellectu: fieret beatus sicut superficies colorata. tum quod actus beatificus immediate perficit intellectum et voluntatem in quibus consistit imago trinitatis. quia ex hoc quod anima est imago dei: beatitudinis princeps esse potest. tum quod nullus actus immediatus perficit intellectum quamvis visio diuine essentie: precipue cum intellectus possibilis sit susceptivum immediatum omnis actus. nec potest etiam dari secundum. tum quod tale medium non requiritur nisi propter defectum agentis. unde deus posset imprimere omnem figuram in cera nec indigeret mollicies. tum quod deus potest immediate intellectui imprimere quicquid intellectus potest immediate recipere. immediate autem potest recipere visionem beatificam sicut probatum est. ergo non requiritur lumen ad eleuandum vel vigorandum intellectum possibile. ¶ Quarto loco probatur quod lumen glorie ponendum est directe propter intellectum agentem: sed consecutiuum propter intellectum possibile. prima pars probatur. quod constat quod lumen glorie non ponitur nisi ad eleuandum et vigorandum et ampliandum lumen generale quod est defectuosum sicut diffinit decretalis li. 7. titu. de hereti. ca. ad nostrum. sed nullum lumen naturale est in intellectu nisi lumen intellectus agentis. alio qui si intellectus possibilis habeat claritatem per se non sit omnis claritas eius naturalis ex parte intellectus agentis: sequitur quod sunt in nobis duo lumina et supfluit alterum quod sufficit vnum. unde intellectus possibilis solum habet recipere. sed vigor et claritas secundum quam recipit est intellectus agens. ergo lumen glorie ponendum est directe per se ex parte intellectus agentis cuius defectum supplet. ¶ 2.º. quod lux illa incorporea in qua sub qua secundum augustinum mens rationalis videt quicquid videt: oportet quod sit lux vitalis per essentiam ut pote intellectus in actu vel

saltim reducibilis aliquo modo ad istam lucem. non enim potest habere per se aliqua qualitas non vitalis introitum ad actum vitale per modum clarificantis et illuminantis: nisi per hoc quod reducitur ad illud lumen quod est per essentiam vita. et est exemplum ad hoc quod figura nullam causalitatem habet per se super actum penetrandi: nisi quatenus est dispositio ferri quod penetrat. sed constat quod lumen glorie est lux quedam incorporea in qua et sub qua videtur diuina essentia. nec tamen est lux vitalis per essentiam. ergo necesse est quod reducatur ad illud quod est claritas vitalis per essentiam. et illud est in intellectu agens. ¶ 3.º. quando aliquid constituitur sufficienter ex tribus: si ponitur aliquid ad intermedium: poni debet ex parte illius sub cuius habitudine intermedium. exemplum est ad hoc de domo ad quam concurrunt paries fundamentum tectum. si quis autem vellet domum ampliare ex parte tecti: non adderet ex parte fundamenti. sed constat ut dicitur se probasse quod ad actum cognoscendi concurrens intellectus possibilis et claritas actualis representatiua obiecti que communi nomine dicitur actus et claritas aut vigor spiritualis ipsius anime que non est aliud quam intellectus agens. concurrens autem intellectus possibilis receptiuus: qualitas vero assimilatiue et representatiue. claritas vero intellectus agentis quasi directiue et illustratiue quod in illa et sub illa cernitur obiectum. constat autem quod lumen glorie ponitur ad actum beatificum concurrere sub ista habitudine ut scilicet in eo et sub eo videatur obiectum. igitur reducitur ad claritatem intellectus agentis per se et directe. ¶ Secunda vero pars propositionis patet. quod quando aliquid est perfectio alicuius aut ampliatio eius: necesse est quod concomitatiue et consecutiue sit ampliatio effectus formalis illius in subiecto in quo recipitur. ut quod lux est in diaphano subiectiue: si luci stellari addatur lux lunaris in diaphano: quantum una lux incedat aliam de se et directe: tamen diaphanum erit luminosius consecutiue et participatiue. sed intellectus agens est perfectio intellectus possibilis et actus in eo cum non sit nisi claritas et vigor intellectualis. ergo lumen glorie quod ponitur ad intelligendum et ampliandum claritatem agentis participatiue in possibile redundabit. unde intellectus possibilis dicitur clarus et vigorosus claritate et vigore que est agens. sicut diaphanum dicitur clarum claritate que est lux corporea. cum ergo vigoratur claritas naturalis per lumen glorie: sequitur quod intellectus possibilis sit clarior et luminosior quam ante. Ambe etiam partes propositionis simul patent in exemplo oculi corporalis que quando caligat: indiget illustrari si deberet videre alii

quē colorē. constat enī q̄ talis illustratio est. ppter defectuz cōnaturalis claritatis. et ideo ponetur directe ad vigozandū illā. et tū participatīue diaphanū oculi eēt vigoziosus et magis illuminatū. ¶ Quarto loco. pponit q̄tuor dubia cōtra positionē suā et n̄rām. p̄mum dubium est. qz quēcūq; vigozē pōt deus dare per aliquod reale accidēs: videtur q̄ pōssit dare intellectū alicui p̄ essentiam. vnde illum gradum vigozis quem pōssit dare oculo noctūe p̄ qualitatez supadditam ad vidēdum rotam solis: dedit oculo aq̄le per suam naturam. poterit ergo facere aliquem intellectum q̄ habebit p̄ essentiam tantam claritatē: quantam habet intellectus inferior cuz lumine glorie supaddito. et sic talis intellectus nō indigebit lumine glorie. ¶ Secundū dubiū est. qz illam claritatē in q̄ deficit intellectus i natura libus cōstitutus: videtur q̄ pōssit sup̄plere defectio act⁹ beatifici et claritas sua. ¶ Tertū dubiū est. qz deus imediate pōt facere quicquid facit mediante creatura. sed mediante claritate luminis glorie facit q̄ intellectus videt deum. ergo imediate poterit sine illa. ¶ Quartū dubium est. qz qualitas q̄ est alicui accidētalis: pōt alteri eē cōnaturalis. vt caliditas q̄ est accidētalis in aq̄: est cōnaturalis igni. poterit ergo deus lumē glorie alicui cōnaturale facere. et p̄ cōsequēs intellect⁹ ille videbit deum i lumine naturali. ¶ Sexto loco recitat opinionē quozundaz dicēs q̄ de facto non est ibi lumen aliud nisi ip̄a visio clara et facialis que dicitur habitus ratione perpetue p̄manētie: et dicitur lumen ratione manifestationis obiecti qz diuinam essentiam manifestat. nec q̄cūq; auctoritates cogunt vt aliud lumē ab actu ponatur. illud enī quod dicitur in psalmo: in lumine tuo videbimus lumē: potest sic intelligi q̄ in lumine q̄ est actus: videbimus lumen obiecti uum quod est deus. ¶ 2.º. illa auctoritas q̄ scribitur apo. 21. q̄ ciuitas illa non eget sole et luna sed claritas dei illuminabit eam: intelligitur de claritate act⁹ beatifici qua vn̄uersa ciuitas beatorū illuminabitur. ¶ 3.º. illa auctoritas ista. 60. scripta. non erit tibi amplius sol ad lucendum et splēdor lune non illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucē sempiternam: intelligitur fm̄ glosam interlinearē de visione diuine essentie. et ita non de habitu sed de actu. ¶ 4.º. illa prima ad timotheum: lucem habitat inaccessibilem quez nemo hominum vidit: fm̄ glosam augustini exponitur q̄ nemo eū videt nisi ex dono eius. act⁹ autē cum sit supernaturalis: est donum dei. ergo illa p̄ma iōānis. 3.º. similes ei erimus quoniā

videbimus eum sicuti est: nō potest exponi sicut aliqui exponūt q̄ erigatur habitus q̄ faciat istā similitudinem. quoniam exp̄sse auctoritas dicit q̄ visio faciet eā. ¶ 5.º. illa saluatoris mathei. 5.º. beati mūdo corde quoniam ipsi deum videbūt non cogit ponere talem habitum qui sit lumen glorie. quia ista cordis mundicia se habet p̄ modum meriti cui reprobatur visio dei. lumē autē si poneretur non esset p̄ncipiū merendi. ¶ 6.º. qz decretalis. 7.º. extra d̄ hereticis ca.º ad nostruz que dicit inter alios errores illuz q̄ ponit q̄ anima rationalis per naturā potest esse beata: qz non indigenus lumine glorie eleuante ad deū videndum et beate fruendum: non cōcludit habitum. qz sicut habitus eleuat potētiam effectiue: sic actus eleuat formaliter. quoniam error ē dicere q̄ non indigeamus lumine. i. actu supernaturali. et q̄ iste sit intellectus: patet ex p̄ncipio articuli qz dicitur q̄ anima rationalis potest eē beata per naturam. hoc autē sufficiēter excluditur dato q̄ non ponatur habitus supernaturalis sed actus. ¶ 7.º. illa auctoritas augustini dicentis q̄ anima nisi participatiōe diuini luminis nō est beata: intelligitur d̄ lumine obiecti uo quod deus est q̄ participatur p̄ actum. et vn̄uersaliter nulla auctoritas videtur ex suo vero intellectu ponere habitū vel lumē distinctum ab actu. quare cum deus et natura nihil faciant frustra et precipue in statu illo p̄petuo et finali: et non appareat vlla necessitas aut auctoritas qua debeat poni: negandus est talis habitus vel lumen glorie preter actum. hec aureolus in quodam quodlibet licet non eodē ordine. Contra eandē cōclusionē arguit durandus dicēs: q̄ lumē glorie req̄ratur ad confortandū intellectuz vt eliciat actū beatificē visionis nō pōt intelligi nisi dupliciter. vno mō q̄ p̄ cōfortationē intellectus n̄ri a lumine glorie virt⁹ eius intēdatur et intēsa eleuet ad visionē diuine essentie ad quaz p̄us pringere nō poterat. alio modo q̄ intellectus noster et illud lumē tanq̄ duo imp̄fecta agētia sup̄pleant vices vn̄ius p̄fecti agētis respectu talis visionis. quē admodum duo trahunt nauē quozuz duozum neuter sufficeret p̄ se trahere. et due candelę causant lumē intēsum quod neutra per se sufficeret causare. p̄mum dici non potest propter duo. p̄mū est qz intellectus noster nō est forma suscipiens magis et minus. secūdo quia illud quod intēdit per se aliud: est tale formaliter vel virtualiter sicut illud quod intēdit. verbigratia. illud quod intendit calorem est calidum formaliter vt ignis: vel virtualiter vt sol intendit calorem

aeris. dico autem per se: quia cōtrarium per acci-
dens confortat et intendit: sicut calidum circun-
stans comburit: vel frigidū circūstans intendit
calidū. de quo nihil ad presens. lumen autē glo-
rie non est tale formaliter qualis est intellectus
noster. nec virtualiter: quia lumen glorie non
est causatiuū virtutis intellectiue. ergo lumen
glorie non pōt confortare intellectum nostrum
ipsum intendēdo. secūndum etiam dici nō pōt: qz
si intellect⁹ creat⁹ et lumē glorie supplerēt vicez
vni⁹ pfecti agentis: tūc quodlibet eozū haberet
similē virtutē respectu act⁹ intelligēdi: sicut duo
trahētes nauē respectu tract⁹ nauis. et ita lumē
glie esset quedā potētia intellectiua sicut intelle-
ctus noster qd est incōueniēs. et si dicat q lumē
corporale cōfortat visum: et tū visus nō intēdit
nec remittitur illud: nec visus et lumē corpora-
le sunt duo imperfecta agētia supplētia vicē vni⁹
agētis pfecti: et sic eodē modo vt videt pōt es-
se circa intellectū nrm et lumē glorie: dicendum
est q non valet. quia lumē corporale nō requirē
tanqz confortans visum q fm se pōt in obiectuz
sibi presentatuz. sed requiritur vt dispositio mediū
et organi ad suscipiēdū spēm coloris fm ponen-
tes visionez fieri per spēm. quia mediū vel or-
ganum nō recipit speciē coloris nisi sit actu illu-
minatū. quia color nō est natus facere spēm suā
in organo vel medio nisi sint illuminata. ergo in
visione beata nō requiritur lumē glorie vt confor-
tās intellectum nec ex parte obiecti quasi dās ei
virtutem mouēdi intellectum cum essentia diuī-
na possit hoc de se sine quacūqz virtute creata. si
ergo aliquo modo requiritur: hoc erit ad dispo-
nēdum intellectum ad suscipiēdum actionē ob-
iecti quē ad modū dictum est de lumine corpora-
li respectu mediū et organi qd p̄tinet ad sequētē
articulū. ¶ Secundo loco arguit q lumen glo-
rie nō requirat ad suscipiendum actuz visionis
beate que ē forma supernaturalis et impo-
tionata nature. cum enī dicat q nullū obiectum
est susceptiuum forme supernaturalis nisi dispo-
natur per aliquā dispositionē supnaturalē: non
est verū. quia dispositio supnaturalis est quedā
forma supernaturalis. illa ergo aut recipitur im-
mediate in natura: aut mediāte alia dispositiōe.
si immediate: eadē ratione quelibet alia forma su-
pnaturalis. si mediāte: aut dispositio mediā erit
naturalis aut supernaturalis. si naturalis: habe-
tur p̄positum q natura intellectualis ex natu-
ralib⁹ ē capax forme supernaturalis. si supnatu-
ralis: querit quomodo recipitur in subiecto: aut
mediāte dispositiōe naturali aut supnaturali. et

sic pceditur in infinitū nisi stet in hoc q forma su-
pnaturalis recipiat immediate in intellectu absqz
dispositione supnaturali. ¶ 3°. arguit contra
vtrāqz opinionē cōmuniter. quia si requiritur dis-
positio supnaturalis ad eliciēdū actuz aut sus-
cipiēdū ipsum: hoc nō ē nisi ppter excessuz obie-
cti super potētia vt per ipsaz sit pportioata ob-
iecto q fm se distat in infinitū ab ipō. sed ppter
hoc nō oportet q requiratur dispositio supnatu-
ralis. qz ea addita: adhuc tātuz distat potētia ab
obiecto sicut pri⁹. s. in infinitū. ergo ad hoc non
requiritur aliqua dispositio supnaturalis: cuz nul-
la forma vl dispositio possit erigere intellectu ad
illud quod nō pōt fm seipm. nec ad recipiēdū
formam supnaturalē vel actuz: oportet ponere
semper dispositionē supnaturalē alias eēt p̄ces-
sus in infinitū. ¶ 4°. arguit. qz quicqd sit de fa-
cto an tale lumē glorie sit in intellectu beato: tū
de possibili tenet frat̄ Tho. li. 4. dis. 4. q. q bea-
ta visio pōt cōmunicari hoi existēti in puris dis-
positionib⁹ vie et ita nō habenti lumē glie. ¶ 5°.
arguit sic. vbicūqz natura et virtus potētie se ex-
tēdit ad obiectū: presentato obiecto immediate et
per se et excluso omni impedimēto enigma cau-
sante: necessario sequit̄ cognitio clara et manife-
sta qualis possibilis ē inter talē potētiam et tale
obiectū fm quēcūqz modū. sed intellectus non
de se pōt in diuinā eētia tanqz in obiectū: et ro-
tū impedimētū clare et manifeste cognitionis di-
uine essentie est quia cognoscit̄ per mediū infe-
rioris grad⁹ qd est essentia creata. qd mediū pōt
excludi vt pbabit̄. ergo hoc excluso et p̄sentata
diuina essentia intellectui fm se immediate: sequit̄
cognitio clara et manifesta qualis possibilis ē in-
tellectui nro respectu diuine eētie. maior patet
qz ex quo potētia pōt i obiectum de natura sua
ipm cognoscere: et si impedimētū causans obscu-
rā cognitionē excludat̄: cōsequēs ē q potētia co-
gnoscat obiectū clare q̄tū possibile ē. minor p̄-
bat̄. qz intellect⁹ noster de se pōt cognoscere di-
uinā essentia. nā p̄bi pbauerūt deū eē quādā na-
turā subsistētē intelligibilē habētē oēm perfectio-
nē. q aut̄ hec cognitio esset nobis obscura et eis
causa est quia naturali ordine non cognouerūt
nec nos cognouimus deū nisi ex creaturis. que
cum sint inferioris gradus: nō representāt ipam
clare et manifeste. hoc aut̄ impedimētū potest
amoueri a virtute diuina q pōt omne qd nō im-
plicat cōtradictionē. q autē intellect⁹ noster qui
fm ordinē nature nō cōsurgit in dei cognitionē
nisi ex creaturis: possit ipm habere p̄sentē fm se
et sic eū cognoscere exclusa prius cognitione cre-

aturarū: nullā cōtradictionē implicat. quia in ac-
tionib⁹ supnaturalibus videmus q^d deus modū
agēdi imutat. hoc etiā attestatur omnis opinio
circa istā materiam: quia omnes ponūt q^d deus
in visione beata imutabit illum ordinē quo nūc
cognouim⁹ ipsum ex creaturis et representabi-
tur intellectui nro nullo alio precognito. 7 hec
fuit minor. sequit^r ergo cōclusio. 7 hāc viā habēt
tenere illi necessario qui dicūt q^d deus pōt visio-
nē imediatā sue eēntie cōscare homīni existēti in
puris dispositionib⁹ vie. quia isti excludūt spēm
representantē et lumen glorie a tali visione. ex
quo pōt sic argui. q^d eēntia diuina sit presens in-
tellectui in rōne obiecti q^d p^o nō erat sic ei pre-
sens: oportet q^d hoc sit vel ex mutatione sui: vel
ex mutatione intellectus. non ex mutatione sui
q^z ipa omnino est imutabilis. nec ex mutatione
intellectus per aliqd receptiuuz q^d sit species vl
lumē. quia spēm negāt: lumē aut ponūt vt sit dis-
positio patrie. ipsi autē dicūt q^d talis pōt cōcari
intellectui habētī solas dispositiones vie. oportet
ergo q^d per hoc solū quia mutatur ordo na-
turalis quē habet in intelligēdo fm q^d nō cog-
noscat deum nisi ex creaturis. hec ille.



Quātum ad ter-

tiū articulū primo notādum est
q^d vt. S. Tho. deducit de veri.
q. 8. ar. 2. ad. 2^m. in qualibet vi-
sione triplex modus visiois cōsi-
derari pōt. Primus mod⁹ est ipsius vidētis ab-
solute qui est mensura capacitatis eius. s. ad vi-
dendū. hec autē capacitas accipit fm modū vir-
tutis visive: quia efficacia actionis mēsurat fm
virtutē agentis. Secūdu⁹ modus est ipsius rei vi-
se fm q^d visibilis ē. dicit^r enī ex parte rei vise visio
pfecta quādo videt^r de re id q^d ē. impfecta vero
quādo res videt^r esse inferiori vel imperfectioni
modo q^d sit. Tertiu⁹ modus ē ipsi⁹ visiois q^d est me-
diū inter vidētē et rem visam. et ideo dicit^r mo-
dū videntis per cōparationē ad rē visam. et isto
modo dicit^r visio pfecta quādo modus visionis
equat^r in pfectione modo eēndi rei vise. ita q^d tā
pfecte et plene videt^r: quantū res ipa visibilis ē.
dicit^r autē impfecta visio quādo nō tā plene 7 per-
fecte videt^r quātū visibilis ē. Prim⁹ mod⁹ visio-
nis cōsequit^r modū eēndi rei vidētis. nā cū nihil
opere^r nisi in q^d est in actu: mod⁹ opandi vniuz
cuiusq^z rei sequit^r modū effendi ipsius. vnde q^z
aīa aliū modū effendi habet vnita corpori 7 ali-
um a corpore separata manēte eadē aīe natura
ideo aliū modū intelligēdi habet cū ē vnita cor-

pori. s. per conuersionē ad phāsimata q^d in cor-
poris organis sunt a quib⁹ species intelligibiles
abstrahunt p illustrationē intellectus agentis.
et aliū modū intelligēdi habet sepata a cor-
pore. s. absq^z predicta conuersione et per cōuer-
sionē ad ea que sunt intelligibilia simpliciter si-
cut et alie substantie sepate q^duis non ita pfecte.
Secūdu⁹ mod⁹ visionis consequit^r modū essen-
di rei vise: eo q^d vnūquodq^z intantū est cognos-
cibile inquantū habet esse actu. ppter quod nec
potētia est cognoscibilis nisi per actum: nec pri-
uatio nisi per habituz. quocirca phs dicit^r primo
phy. q^d materia prima q^d est d se pura potētia: nō
ē cognoscibilis nisi fm analogiā ad formā. Ter-
tiu⁹ mod⁹ visionis cōsequitur et modum eēndi
vidētis et moduz effendi rei vise: et addit^r pl⁹ q^z
presupponit equalitatē pfectionis vtriusq^z mo-
di. Ex quibus colligim⁹ q^d quādo capacitas vi-
dentis fm virtutē visiuaz excedit a pfectione
modi eēndi rei vise q^d ad id quod visibile ē: vi-
sio ipsa erit imperfecta omnibus tribus modis.
si vero capacitas vidētis nō excedatur a modo
effendi rei vise q^d ad id quod ē de ea visibile sed
excedatur a modo quo est res visibilis: tūc visio
erit pfecta primo et secūdo modo visionis 7 nō
tertio modo. sicut ponitur exēpluz quādo quis
propositionē demonstrabilez noscat per rationes
probabiles vt q^d terra ē rotūda: totā propositio-
nē nouit q^d ad id quod est. et q^d ad hoc mod⁹
visionis ē perfectus. sed quia nō illā nouit omni-
modo quo scibilis ē cuz nō eam nouerit demon-
stratiue: visio est impfecta tertio modo visiois.
¶ Ex premissis inferim⁹ ad ppositū nostrū tria
fm tres modos supra positos. p^omu⁹ est q^d null⁹
intellect⁹ creat⁹ in puris naturalibus pōt habere
pfectā cognitionē de diuina essentia. et p con-
sequēs nec visionē que est clara et aperta cog-
nitio. pbatur hoc ex premissis. quia modus eēndi
rei cognite. s. diuine eēntie excedit impropor-
tionabiliter capacitātē virtutis visive intellect⁹ crea-
ti. Secūdu⁹ est q^d intellect⁹ creat⁹ lumine glorie
illustratus et ipa diuina essentia informatus fm
esse cognitū qualis est intellect⁹ beat⁹: pōt habe-
re pfectaz cognitionē 7 clarā visionē diuine eēn-
tie q^d ad pfectionē visionis fm p^omos duos mo-
dos preassignatos. probat^r hoc. qm intellectus
creat⁹ sic adiutus et informatus: pportioat in
capacitate mō eēndi diuine essentie: presertim ra-
tione forme intelligibilis que ē ipsamet diuina es-
sentia qua p seipam pficit in esse cognito. cui⁹ ra-
tione idē rē ē q^d videt^r et forma per quaz videt^r.
ac per hoc vnū aliud nō excedit. Tertiu⁹ ē q^d nul-

lius intellect⁹ creati visio equat modo quo res visa idest diuina eētia visibilis ē fm pfectionez tertij modi visionis supra positi: q̄ntūcūq; itelle ctus creatus perfusus sit lumine glorie ac etiā a diuina essentia per seipam imutatus. probatur hoc. qm̄ licet intellectus creatus sit informatus fm esse cognitū per diuinā essentiā q̄ est de se in finita: non ideo fit virtutis infinite in eliciendo operationes suas: sed manet capacitatis finite. ac per hoc nō pōt nisi finite videre. Ad quod facit quod. S. Tho. dicit i hac dis. q. 2. ar. 3. ad. 6^m. q̄ quia actio nō attribuitur forme rātū que est p̄ncipiū actionis sed cōposito: ideo actio nez oportet mēsurare non solū fm formā que ē p̄ncipiū actionis: sed etiā fm subiectum forme in q̄^m est p̄formā perfectibile. vnde visio q̄ fit ab intellectu creato p diuinā essentiā: nō mēsuratur fm modū infinitū q̄ est diuine essentie fm se: sed fm modum quo intellect⁹ ptingit ad hoc q̄ per ipam pficiatur. ad hoc aut ptingit in q̄^m ei cōiungitur p lumē glorie q̄ est finitū. ppter quod visio ipsa finita est ex parte vidētis. Idē in sententia dicit de veri. q. 8. ar. 2. ad. 3^m.

Secundo Notādum est q̄ mod⁹ essendi in quo d̄bet esse p̄portio inter cognoscentē et rē cognitā fm q̄ S. Tho. d̄ducit signāter. p^o. p. q. 12. ar. 4. in. cor. de quo et locuti sum⁹ in p̄cedēte notabili: est mod⁹ eēndi nō qualiscūq; sed faciens ad cognitionē. duo aut modi eēndi in genere sunt qui cōferūt ad cognitionē et illā diuersificāt taz ex parte cognoscentis q̄ ex parte cognoscibilis. s. esse in actu et esse in materiale. vnūquodq; enim int̄rū est cognoscibile: inquantū ē in actu. et nihil est cognoscēs nisi fm q̄ est in actu quēadmodū nec agēs vt supra dicebatur. et tertio de aīa p̄hs dicit q̄ sicut res sūt separabiles a materia: sic circa intellectū sunt. virtutes etiā cognitiue fm modum immaterialitatis distinguūtur. vnde et p̄hs secundo d̄ aīa dicit q̄ plāte nō cognoscūt ppter sui materialitātē: et sensus corporales cognitiui sunt: quia sunt susceptiui specieruz sine materia. vnde et sc̄tūs doctor loco p̄ime allegato volēs assignare p̄portionē inter cognoscēs et cognitū distinguit moduz essendi vtriusq; in diuersis rebus fm esse in materiale et fm esse in actu. dicit enī q̄ quia sensus est virtus cognitiua habens esse nō soluz in materia sed etiā affixum organo materiali: ideo naturaliter nō cognoscit nisi res habētes esse in materia indiuiduali. intellectus vero humanus quia habet esse in materia nō tū affixum organo corporali pro eo q̄ ex sui natu-

ra est virtus immaterialis sicut et aīa intellectiua inde est q̄ eius capacitas naturalis est directe et per se circa res materiales fm tū q̄ abstrahūtur a materia indiuiduali. ita vt si aliquid cognoscit ex vi sue nature de rebus immaterialib⁹ non habentibus esse in materia: nō id habet nisi per res materiales. intellectus vero angelicus quia simpliciter est immaterialis non habēs esse in materia: naturaliter cognoscit directe et per se res immateriales et p̄ eas res materiales intelligit. sed quia nec angelus nec eius intellectus est purus actus sed habet potentiam admixtā ita q̄ non est habens esse pure in actu: eius virtus cognitiua non se extendit naturaliter nisi ad res cōpositas ex actu et potētia. ex quo fit q̄ capacitas naturalis intellectus angelici nō se extēdat ad claram et perfectam cognitionē diuine essentie que est actus purus: cuius tamen habet aliquālē cognitionem non directe et per se sed per res cōpositas ex potentia et actu. vnde q̄ intellectus humanus nō ptingat ex suis naturalibus ad videndum clare et aperte diuinā essentiā: prouenit ex duplici defectu. s. ex eo q̄ est habēs esse in materia: et quia est constans ex potētia et actu. q̄ autem intellectus angelicus nō attingat ex vi sue nature ad visionē claram diuine eētie: prouenit ex vno defectu. s. quia est virt⁹ habens esse actu admixtum potentie. gratis ergo et absq; vlla ratione contra premissam deductionē sancti doctoris obijciunt quidam putātes q̄ se fundet in modo essendi specifico et naturali cognoscētis et rei cognite: vel in alio modo essendi qui non directe pertineat ad habēdas rerum cognitionem: quod est falsum. vnde. S. Tho. p^o. p. q. 88. ar. p^o. ad. 2^m. dicit q̄ similitudo nature non est ratio sufficiens ad cognitionem: alioquin oporteret dicere q̄ epedocles dixit q̄ aīa ē de natura oīum ad hoc q̄ omnia cognosceret. sed requiritur ad cognoscendum vt sit similitudo rei cognite in cognoscente quasi quedam forma ipsius. hec sanctus thomas. et sup̄pleri debet vel q̄ sit in cognoscente ipsamet res cognita prout ex plerisq; locis doctrine sancti thome accipi pōt. et p̄sertim in hac dis. q. 2. ar. p^o. in cor. Et p^o. p. q. 12. ar. 2. in. cor. Et de veri. q. 8. ar. p^o. in. cor. Itē facit ad id de modo essendi q̄ et. S. Doc. dicit contra gen. li. 3. ca. Si sic condu dēs. manifestum est igitur q̄ essentia diuina pōt comparari ad intellectum creatum vt species intelligibilis qua intelligit. quod non contingit de eētia alicuius alterius substantie separate. neq; tū pōt esse forma alterius rei fm esse naturale. se-

queretur enim q̄ simul cū alio vnita: constitue-
ret vnā naturā quod esse hō pōt. species autē
intelligibilis vnita intellectui: non constituit ali-
quā naturam sed perficit ip̄m ad intelligendum
quod perfectiōi diuine eētīe nō repugnat. hec
ille. Ad quod iterum facit quod dicit d̄ ve. q. 8.
ar. 3. ad. 6^m. q. s. conformitas naturalis ad deū
que est in intellectu angeli: non est vt intellect⁹
angeli proportione ad essentiā diuinā sicut ad
formas intelligibiles. Itaq; s̄m premissa propor-
tio inter cognoscentem et cognitum q̄^m ad mo-
dum essendi debet intelligi s̄m mentem sc̄i tho-
me nō de modo essendi s̄m existentiā naturalez
sed de modo essendi s̄m esse intelligibile. vt sc̄i
cet modus essendi cognoscētis in q̄^m est cognof-
cens sit conformis modo essendi rei cognite s̄m
q̄ est cognoscibilis. est autē huiuscemodi confor-
mitas quādo cognoscens ⁊ cognitū proportio-
nantur in imaterialitate et in actualitate q̄ vt su-
pra diximus requiruntur ad cognitionē ex par-
te cognoscētis et ex parte rei cognite. Unde qz
modus essendi intellectus n̄i in q̄^m est cogniti-
uus: exceditur a modo essendi angeloz in q̄^m
sunt cognoscibiles: eo q̄ angeli sunt simpliciter
imateriales non habētes esse in materia: intel-
lectus vero noster ē habēs esse in materia: ideo
ex puris naturalibus non pertingit ad cognof-
cendum quidditates angelozum. Rursus quia
multo plus excedit a modo essendi diuine eētīe
s̄m rationem cognoscibilis tam in imateria-
litate q̄ in actualitate: quia diuina essentiā non
solum est imaterialis per negationez materie
sed etiā per negationem potentie passiuē: et nō
solum est in actu sed est actus purus: ideo intel-
lectus noster ex vi sue nature pertingere nō po-
test ad videndum clare et aperte essentiā diui-
nam. pertingit tñ sola dei gratia per quaz essen-
tia diuina fit per seipsam forma intelligibilis in-
tellect⁹ nostri vt in beatis coaptās moduz essen-
di sue cognoscibilitatis modo essendi intellect⁹
nostri: disponens et eleuās illum supra naturaz
suā per illustrationem luminis glorie. vnde. S.
Tho. p^a. q. 12. ar. 4. in cor. sic cōcludit. nō igitur
potest intellectus creatus deuz per essentiā
videre: nisi in q̄^m deus per suam gratiaz se intel-
lectui creato coniungit vt intelligibile ab ipso.
Aduertendū tñ q̄ imaterialitas dicitur esse
ratio cognoscendi in re cognoscēte: non prout
dicit priuationē materie aut materialitatis. tuz
quia vt sic dicit puram priuationem que nō po-
test esse causa actionis positiuē. tum etiā quia
non omnis res imaterialis est cognitiua id est

apta nata cognoscere: sicut apparet d̄ formis in-
aiatorū et de multis formis accidentalibus. sed
accipitur immaterialitas prout circūloquitur
nobis quandam naturam positiuam inno-
minata tam quā nos vocare possumus per accōmōda-
tionem naturaz spiritualē. et de hoc latius dictū
fuit. p^o. li. d̄. 35. q. p^a. sub notabili quarto.

Tertio Notandum est q̄ cum p̄s
dicit tertio libro de aia q̄ in
tellectus possibilis se habet in potētia ad intelli-
gibilia in q̄^m nihil eorū est actu ante q̄ intelligat
quemadmodum et tabula in qua nihil est actu
scriptū: sed habet potentiam ad hoc q̄ in ea plu-
ra scribant: non est mentis eius q̄ intellect⁹ pos-
sibilis sit in pura potētia et nō aliquod ens actu.
nā et tabula nondū scripta vel depicta cui p̄s
assimilat intellectuz possibilē: quod dā ens actu
est s̄m naturam suam quia ē lignuz vel lapis seu
quid aliud: q̄uis respectu imaginum vel figura-
rum que in ea p̄nt depingi dicatur esse in poten-
tia. vnde intellectus possibilis licet sit quodam
modo in potētia ad formas intelligibiles in q̄^m
de se non est determinatus ad aliquam ipsaruz
ante q̄ per eam aut per suam similitudinē deter-
minetur: et tamen s̄m se aliqua res ē actu sc̄i
licet virtus quedaz et potentia anime de predicamē-
to qualitatis ordinata ad anime operatōes no-
biliōres. Rursus quod dicit cōmentator eodez
tertio libro d̄ anima q̄ sc̄i licet intellectus possibi-
lis se habet vt materia prima: non debet accipi tā
quam simpliciter dictū et quo ad omnia sed q̄^m
ad aliquid. non enim sicut materia prima de se ē
pura potentia: ita et intellectus possibilis ex sui
natura est pura potentia. sed debet accipi simili-
tudo q̄^m ad hoc q̄ sicut materia prima ex sui ra-
tione non est determinata ad hanc vel illam for-
mam sed indeterminate se habet ad omnes: ita
et intellectus noster possibilis non est de sui na-
tura determinatus ad aliquod vnum intelli-
gibile: sed indeterminate se habet ad omnia intel-
ligibilia. Ex quibus inferimus errorem dicen-
tium q̄ intellectus possibilis nullam habet pro-
prium operationem sed tantūmodo passionez:
pro eo q̄ ab aristotele ponitur potentia passiuā
⁊ a cōmentatore ponitur similis materie prime.
decepti enim sunt non satis aduertentes q̄ vna
et eadez res potest esse in actu et in potentia vel
s̄m diuersa vel respectu diuersoruz. vt enim no-
tat. S. Tho. de veri. q. 8. ar. 6. in cor. nihil ph̄-
bet aliquid esse actu vnum: et in potentia alte-
rum. sicut corpus diaphanum est actu quod dā
corpus: sed in potentia tantum coloratum. et si

militer est possibile esse aliquod ens actu: quod in genere intelligibile est in potentia tantum. sicut enim est gradus actus et potentie in entibus quia aliquid est in potentia tantum ut materia prima: aliquid actu tantum ut deus: aliquid actu et potentia ut sunt omnia intermedia: sic est in genere intelligibilium aliquid actu tantum sicut essentia diuina: aliquid in potentia tantum ut intellectus possibilis. omnes autem substantie angelice sunt medie habentes aliquid de potentia et aliquid de actu: non solum in genere entium sed etiam in genere intelligibilium. habent enim essentias proprias sibi presentes ut actus in genere intelligibilium: et sunt in potentia respectu plurium aliorum. veruntamen ut ibi dedit sanctus thomas: licet intellectus noster possibilis nihil potest intelligere prout est in potentia ad intelligibilia: postquam tamen perficitur actu forma intelligibili: intelligere potest rem illam cuius forma perficitur.

Quarto Notandum est quod ut sanctus thomas docet in plerisque locis sequens aristotelem in tertio libro de anima: intellectus agens in nobis est potentia distincta realiter ab intellectu possibili. dicit enim a philosopho intellectus possibilis quo est omnia fieri: intellectus vero agens quo est omnia facere scilicet intelligibilia. huius autem intellectus agentis sunt duo effectus. vnus est facere intelligibilia in potentia esse actu intelligibilia. quod facit abstrahendo a phantasmatibus per illustrationem sui luminis species sensibilium absque individualibus condicionibus. que sic illustrate resultant in intellectum possibilem qui est receptiuus specierum absque materia et absque materialibus condicionibus. et ex hoc primo effectu resultat secundus qui est intellectum possibile illustrare per ipsam specierum intelligibilium illustrationem. et quia intellectus possibilis intelligere non posset naturali virtute nec habere propriam operationem nisi per actionem intellectus agentis secundum predictos effectus: ideo dicitur intellectus agens vigorare intellectum possibilem. unde sanctus thomas de veritate questione nona articulo primo in corpore. de lumine inquit intellectuali oportet nos loqui ad similitudinem luminis corporalis. lumen autem corporale est medium quo videmus et seruit nostro visui in duobus. vno modo in hoc quod per ipsum fit visibile in actu quod erat potentia visibile. alio modo in hoc quod visus ipse confortatur ad videndum ex luminis natura. unde et lumen intellectuale potest

dici ipse vigor intellectualis ad intelligendum. hecille. et inde est quod potentia naturalis intellectus possibilis ad intelligendum: non se extendit nisi ad ea que per virtutes naturales intellectus agentis possunt fieri intelligibilia in actu. **¶** Ex quibus inferimus quod lumen glorie quo beati vident diuinam essentiam: aliud lumen realiter est a lumine intellectus agentis qui ponitur naturalis potentia anime nostre. et non idem re extensum aut intensum prout aliqui opinati sunt. Probat hoc. quia illa non sunt idem re: que non habent eandem operationem. sed lumen glorie in beatis non habet eandem principalem operationem quam habet intellectus agens. non enim eius est facere aliquid intelligibile in potentia: esse intelligibile actu: cum essentia diuina ad cuius visionem lumen glorie confert: est secundum se maxime intelligibile actu et nullo modo in potentia. est enim actus purus. Unde. S. Tho. 7. quodlibet. ar. 5. hoc inquit lumen scilicet glorie non est necessarium ad hoc quod faciat intelligibile in potentia esse intelligibile in actu: ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agentis: quia ipsa diuina essentia cuius sit a materia separata est per se actu intelligibilis. sed erit necessarium tantum modo ad perficiendum intellectum: ad quod etiam nunc lumen intellectus agentis valet. predictum autem lumen glorie sufficienter perficit intellectum ad videndum diuinam essentiam eo quod ipsa essentia diuina totaliter est lux intelligibilis. unde lumen glorie ab ea in intellectum descendens: facit hoc respectu diuine essentie in intellectu: quod facit respectu aliorum intelligibilium que non sunt lux tantum: species rei intellecte simul et lumen. sicut si lux sensibilis per se existeret ad eius visionem sufficeret lumen oculum perficiens sine aliqua similitudine. hec sanctus thomas. et ut ibi dicit in responsione ad quartum: quia visibilia oculo corporali non sunt lux tantum: ideo oportet ad hoc quod visus determineetur ad ea: quod non solum sit illi lumen sed etiam species rei vise. **¶** Et quod lumen glorie non sit quoddam augmentum vel intensio luminis naturalis intellectus agentis: dicit illud sanctus doctor contra gentiles libro tertio capitulo quinquagesimo tertio. contingit inquit alicuius virtutes dupliciter fortificari. vno modo per simplicem ipsius virtutis intensioem sicut virtus actiua calidi augetur per intensioem caloris ut possit efficere vehementiorem actionem in eadem specie. alio modo per noue forme appositionem. sicut diaphoni virtus augetur ad hoc ut possit illuminare: per hoc quod fit in actu

per formam lucis receptā in ipso de nouo. et hoc quidē virtutis augmētum requiritur ad alterius speciei operationē cōsequendā. virt^{us} autē intellectus creati naturalis non sufficit ad diuinā substantiam videndā. ergo oportet q̄ augeat ei virtus ad hoc q̄ ad talem visionē pueniat. nō sufficit autē augmentum per intētionem naturalem virtutis quia talis visio non est eiusdē rationis cuius visione naturali intellectus creati quod ex distātia visio patet. oportet igit̄ q̄ fiat augmentū virtutis intellectiue per alicuius noue dispositionis adeptiōnem. hec ille.

Quinto Notādum est q̄ lumē glorie ponitur dispositio q̄dā intellect^{us} per quam p̄ficitur et eleuat̄ ad vidēdū clare diuinam essentiā in q̄s^m est lumen quoddam deriuatū et impressum a luce diuine essentie et q̄dam eius participatio. s̄m q̄ propheta dicit i psalmo. in lumine tuo videbimus lumen. non tamen huiuscemodi dispositio est necessaria ad vidēdū diuinam essentiā necessitate absoluta ita q̄ sine illa repugnet contradictorie videre aperte diuinam essentiā. nam vt. S. Tho. tenet in hac distin. q. 2. arti. 7. in cor. sicut contingit aliquando diuina virtute q̄ aliqua res miraculose producit̄ absq̄s dispositionibus sibi inherētibus sicut q̄ virgo pariat et ignis i aqua comburat: ita potest miraculose fieri q̄ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habēs nisi dispositiones vie eleuetur ad vidēdū deum per essentiā. Idez tenet de veritate questione decima articulo vndecimo in corpore. sicut inquit diuine omnipotētie subiecta sunt corpora: ita mentes. vnde sicut potest aliqua corpora pducere ad effectus quozū dispositio in predictis corporibus non inuenitur sicut petrum fecit super aquas ambulare sine hoc q̄ ei dotem agilitatis tribueret: ita potest mentē ad hoc perducere vt diuine essentie vnias̄ in statu vie modo illo quo vnitur sibi patria sine hoc q̄ a lumine glorie p̄fundatur. hec ille. Clertamē necessitate proueniente ex suppositione diuine ordinationis: dici potest lumē glorie necessaria dispositio intellect^{us} nostri ad vidēdū clare diuinam essentiā. vt eniz. S. Tho. dicit. p^o. 2^o. q. 110. ar. 2. in corpe non est cōueniēs q̄ deus minus p̄uideat his quos diligit ad supnaturale bonū habendum q̄s creaturis quas diligit ad habēdū bonū naturale. creaturis autē naturalib^{us} sic prouidet vt non solum moueat eas ad act^{us} naturales: sed etiā largitur eis formas et virtutes quas dā que sunt p̄cipia actū: vt s̄m ipsas inclinēt ad h̄mōi motus et sic mot^{us} quib^{us} a deo mouent̄ fiāt creaturis con-

naturales et faciles. s̄m illud sapiētie. S. et disponit omnia suauiter. multo igitur magis illis quos mouet ad consequendum bonum supnaturale eternum: infundit aliquas formas seu qualitates supnaturales s̄m quas suauiter et prompte ab ipso moueantur ad bonum eternū consequendū. hec ille. et sic ex diuina ordinatione lumen glorie est necessaria dispositio ad vidēdū diuinam essentiā. Secunduz hec igit̄ oportet dicere q̄ vbi S. Tho. dicit nullū intellectū creatū posse videre diuinam essentiā clara visione nisi fuerit lumie glorie illustratus: loquit̄ de potētia dei ordinata nō de absoluta cui attribuitur opera miraculosa. vnde de veritate loco proxime allegato in fine: non absolute p̄cludit q̄ null^{us} i statu vie deū p̄ essentiā videt: s̄ cū determinatione. s. s̄m cōmunē cursuz.

Sexto Notanduz est q̄ vt accipit̄ ex dictis. S. Tho. d. veri. q. 8. ar. 3^o. in responsione ad. 12^m. et cōtra gen. li. 3. caplo 157. multiplex gradus p̄fectionis inuenit̄ in reb^{us} put p̄bs dicit. 2. li. celi et mundi. prim^{us} est p̄fectissimus vt aliquid cōsequatur bonitatē suā et sine motu et sine adminiculo alteri^{us}. sicut est p̄fectissima sanitas in eo qui est per se sanus sine auxilio medicine et hic gradus est diuine p̄fectionis. secundus grad^{us} est eius quod potest consequi p̄fectam bonitatē cum modico auxilio et paruo motu. sicut eius qui habet sanitatem cū modico exercitio. tertius gradus est eius quod acquirit p̄fectam bonitatem cum multis motibus. sicut ille q̄ acquirit p̄fectam sanitatem cum multis exercitijs. quartus gradus est ei^{us} quod nūq̄s pōt acquirere p̄fectam bonitatem: sed acquirit de bonitate aliqd̄ et multis motionib^{us}. quint^{us} gradus est eius quod non pōt acquirere aliqd̄ d̄ bonitate nec habet aliq̄m modū ad hoc. sicut est gradus ill^{us} in sanitate qui sanari non potest. vnde nullam medicinam accipit. nature igitur irrationales nullo modo ad bonitatem p̄fectā que est beatitudo p̄tingere possunt. sed p̄tingunt ad aliam bonitatem imperfectam q̄ est earū finis naturalis que ex vi nature sue consequuntur. sed creature rationales possunt consequi p̄fectam bonitatem id est beatitudinem: tamen ad consequendum indigent pluribus q̄s nature inferiores ad consequendum fines suos. et ideo quamuis sint nobiliores: non tamen sequitur q̄ ex proprijs naturalibus possint attingere ad finem suum sicut nature inferiores. diuina nimirum prouidentia aliter disponit creaturas rationales: q̄s res alias s̄m q̄ nature conditione ab alijs differunt. vnde sicut humane nature datum est a deo q̄ per suam operationem

veritatem intelligibiles attingere possit quod alijs rebus non competit que intellectu carent: ita et diuinitus illi aliter prouisum est etiam in naturalibus: quibus rebus intellectu carētibus: in quibus homini datus est intellectus per quem veritatem discernere et inuestigare possit. date sunt etiam ei vires sensitiue et interiores et exteriores quibus ad inuestigandam veritatem adiuetur. datus est preterea illi loquere vsus per cuius officium veritatem quam mente concipit alteri manifestet. et quo fit quod quia vltimus finis hominis in quadam veritatis cognitione constitutus est que naturalem facultatem ipsius excedit: vt scilicet ipsa primam veritatem videat in seipsa: oportet vt et hoc sine media illi determinentur que sint fini proportionata. ac per hoc necessarium est quod aliquod auxilium supernaturale homini adhibeatur per quod in vltimum finem suum tendat. Et quibus colligimus quod licet intellectualis natura creata ordinata sit ad visionem diuine essentie tanquam ad vltimum finem et naturaliter sit capacillius: non ideo sequitur quod ex puris suis naturalibus attingere possit ad ipsum finem vltimum consequendum. nam talis data est illi a deo capacitas naturalis ad vltimum finem: quod non per sola sua naturalia: sed per auxilium supernaturale dei ad illum perueniat. Et est simile de impletione preceptorum. nam quantum precepta data sint de operibus virtutum que sunt de naturali dictamine rationis: non tamen impleri possunt ex puris naturalibus absque auxilio dei speciali et gratuito. vnde hieronimus in expositione catholice fidei confitetur sic nostrum esse liberum arbitrium vt dicamus nos semper indigere dei auxilio. et augustinus in libro de spiritu et littera dicit. non moueat quod apostolus. 1. Ro. 2. dixit: naturaliter eos qui legis sunt facere. hoc enim agit spiritus gratie vt imaginem dei in qua naturaliter facti sumus: instaret in nobis.



Quantum ad ar

ticulum quartum respondendum est obiectionibus aduersariorum. Et quidem ad primum scoti contra primam conclusionem dicit primo quod assumptum est falsum neque arguens illud probat. Dicitur secundo quod formare propositiones actu et expresse secundum figuras syllogismorum: ad rudimenta pertinet dialecticorum que docti viri non semper tenentur obseruare in expressa forma verborum. imo eorum auctoritati derogat forma syllogisticam secundum regulas et figuras dialecticorum summo opere custodire. sed satis illis est si earum virtu-

tem cum sensus veritate in scriptis suis teneant. et cum arguens in reductione sua confusa et inconfusa posita dicit duas propositiones in ratione sancti doctoris virtualiter contentas esse falsas: dicimus quod verum non est. et ad probationem dicimus quod assumptum est falsum si loquamur de cognitione perfecta. non enim potest haberi perfecta cognitio rei superexcedentis naturam cognoscentis: nisi et ipsa cognitio sit superexcedens naturam virtutem cognoscentis. neque obstat quod imperfecto naturaliter cognoscit perfectius sicut infimus angelus supremum: quoniam talis cognitio ex puris naturalibus non est perfecta. et ideo exemplum non est ad propositum vbi loquimur de perfecta et clara visione diuine essentie. Ad 2. respondet. S. Tho. in simili de veri. q. 8. ar. 3. ad 4. quod quantum intellectus creatus nunquam tantum eleuetur per lumen glorie quin in infinitum distet ab eo essentia diuina: tamen per illud lumen fit vt intellectus vniatur essentie diuine sicut forme intelligibili: quod aliter fieri non posset. Contra gentiles vero libro tertio capitulo quinquagesimo quarto respondet quod idem in sententia sic dicens. homo autem lumen intellectum creatum ad dei visionem eleuat: non propter eius indistanciam a diuina suba: sed propter virtutem quam a deo sortitur ad talem effectum licet finem suum esse a deo in infinitum distet vt secunda ratio proponebat. non enim hoc lumen creatum coniungit intellectum deo finem esse: sed finem intelligere solum. hec ille. Et stat virtus vtriusque responsionis in hoc quod licet lumen glorie quantum ad essentiam in infinitum distet a diuina essentia: quia tamen habet a deo virtutem ad eleuandum et perficiendum intellectum creatum vt ei coniungatur diuina essentia tanquam forma intelligibilis: sufficit ad disponendum et vigorandum intellectum ad videndum diuinam essentiam. quia inter cognoscentem et rem cognitam ac etiam medium cognoscendi: non requiritur proportio quantum ad esse nature sed quantum ad esse intelligibile. et de hoc clarius dictum fuit in secundo notabili. Ad 3. dicitur quod non militat contra nos qui non ponimus proportionem intellectus nostri ad deum geometricam nec arithmeticam aut duplicam vel triplam: sed tantummodo proportionem largi dictam cognoscentis ad cognoscibile et perfectibile ad perfectum finem esse cognitum. vbi. S. Tho. in hac disti. q. 2. ar. 1. in responsione ad 6. dicit quod inter cognoscentem et cognitum non oportet esse proportionem: sed sufficit quedam proportionalitas. vt scilicet sicut se habet cognoscentis ad cognoscendum: ita se habeat cognoscibile ad hoc quod cognoscatur. et talis proportionalitas sufficit ad hoc quod

infinitum cognoscatur a finito et econuerso. Idē in sententiā respondet ad simile argumentū. p. q. 12. arti. p. ad. 4^m. Item contra gen. li. 3^o. ca. p. 4. in fine respondet q. proportio intellectus creati ad intelligendum: non est s. m. cōmensurationem aliquam proportionis proprie dicte: sed s. m. q. proportio designat quandā habitudinem vnius ad alterum vt materie ad formā vel cause ad effectum. sic enīz nihil prohibet esse proportionem creature ad deum s. m. habitudinē intelligentis ad intellectum: sicut et s. m. habitudinem effectus ad causam. ¶ Ad. 4^m. patet respōsio ex his que dicta sunt in sexto notabili. ¶ Ad. 5^m. dicitur q. proportio que requiritur inter cognoscentem et rem cognitā: nec est geometrica nec s. m. aliquem determinatū gradū quantitatis dimēsiue nec virtualis cōmensurata: sed exigitur quidam modus p. portionalitatis vt sicut cognoscens se habet ad cognoscendū: ita se habeat cognoscibile ad hoc q. cognoscatur. put. S. Tho. dicit in hac dis. q. 2. arti. p. ad. 6^m. et huiuscemodi modus attenditur in hoc q. res cognita possit fieri forma intelligibilis cognoscentis vel p. seipsam vel per suam speciem: et q. intellectus sit susceptiuus ipsius forme. hunc autem modum proportionalitatis non habet intellectus creatus ex puris naturalibus: sed illi prouenit ex lumine glorie qd. facit intellectum susceptiuum essentie diuine per modum forme intelligibilis. ¶ Ad. ea que durandus obiicit cōtra eandē conclusionē dicitur q. maior propositio est vera de eo quod cadit sub rōne formali obiecti per se et adequati. quod nō est in proposito. nam obiectum per se intellectus noster est quidditas rei materialis: et obiectum p. se et adequatū intellectus angelici est substantia immaterialis composita tamen ex potentia et actu. sub quorum neutro comprehenditur diuina essentia sed vtrūq. excedit sicut deductum fuit in secundo notabili. ens autem in tota sui cōmunitate nō est obiectum adequatum intellectus creati: sed ē remotum et mediatum. et ideo nimirum si p. mū et summū ens excedat proportionē potētie creature ad propriū obiectum. vnde et ipse arguens coactus est fateri q. potentia nostra intellectiua non cognoscit naturaliter deum vel substantias separatas nisi per creaturas corporales que sunt inferioris gradus: nec possunt perfecte representare eum. Quod autem arguens dicit q. excessus obiecti non causat confusam et obscuram cognitionem nisi per accidens: falsum est vno de per se. nā sicut proportio adequata potentie et obiecti causat per se operationem perfectam potentie circa

obiectum: ita et dispositio p. excessum obiecti causat p. se imperfectam operationem potentie. Unde. S. Tho. in. q. de anima. q. 16. ad. 5^m. ait. licet intellectus nō habeat organū quod possit corrumpi ab intelligibili excedenti: tamē aliquid excellēs intelligibile pōt. excedere facultatē intellectus nostri in intelligendo. ¶ Ad. argumēta scoti cōtra secūdam cōclusionē: ad primū dicitur q. lumen glorie est necessarium ad hoc q. intellectus sit actiuus siue elicitiuus visionis diuine. et ad huius improbationem dicimus q. lumen glorie est necessarium ad actum visionis dare eliciendum: non propter obiectum sed propter potētiam. Neq. valēt que cōtra obiicit. non primū quia assumptū est falsū vt alias probatum fuit: et nunc in tertio notabili fuit deductum. Neq. valet secundū: quia si cum dicitur: habitus non est simpliciter principius agēdi sed sic agēdi: intelligatur q. si hūc nō sit principius substantie actus sed dūtaxat modi agēdi prout arguens videtur intelligere: dictum est falsum vt in precedente questione ostensum fuit. si autē intelligatur q. habitus solus non est simpliciter principius agēdi absq. potētia: dictum est verū s. nō militat cōtra nos. ¶ Ad. 2^m. dicitur q. minor est falsa si naturaliter capiatur. i. in puris naturalibus. p. ut arguens intendit. si autem intelligatur q. intellectus creatus ex sua naturali aptitudine sit ordinatus ad beatitudinem consequendam: vera est propositio sed non militat contra nos prout dictum fuit in sexto notabili. ¶ Ad. 3^m. dicitur ad minorem q. licet accidens sit imperfectius q. natura intellectualis: non tñ se habent sicut essentialiter ordinata. et ideo minor non recte sumitur sub maiori. Ad illud autem quod arguens subiungit q. i. fiat natura intellectualis in tanto gradu et ē: dicitur q. casus est impossibilis et ideo nihil concludit. vnde ad illum casum respondet. S. Tho. in hac dis. q. 2. arti. 6. ad. 7^m. q. nō quicquid sup. addit creature potest esse de constitutione nature ipsius. nā illud quod ad proprietatem nature superioris p. tinet: non potest cōmunicari inferiori nature vt illud naturaliter habeat nisi trāfferatur in superiorem naturam. sicut diaphano non potest communicari vt absente lucido luceat: nisi ipsum lucidū id est nature lucide fiat: quamuis lumen ei a corpore lucido cōmunicetur. determinari autem ad formam intelligibilem increatam est proprietatis intellectus increati: et ideo lumen illud per quod intellectus vnitur forme intelligibili increate: cōmunicari potest intellectui creato: sed non vt ipsum lumen naturaliter habeat: nisi in naturam intellectus increati transferatur quod est impossi-

bile. Idem in sententia et breui⁹ respondet. p^o. p. q. 12. ar. 5. ad. 3^m. ¶ Ad argumēta aureoli cōtra eandem conclusionē primo loco facta: dicitur ad omnia tertio excepto q^o quicquid sit de ppositio- nibus assumptis in earū pcessu nam nōnulli sunt false et alie impertinentes: et tamē omnia proce- dunt ex falso supposito. s. q^o nos ponamus q^o lumē glorie requiratur ad hoc q^o illo mediante intelle- ctus agens cooperetur diuine essentie in causan- do visionem beatificam. hoc autem falsum ē. naz non ponimus lumen glorie subiectiue in intelle- ctu agente: sed in intellectu possibili cuius est dis- positio eleuans intellectum et perficiens ad reci- piendum diuinam essentiam tanq^o formam intel- ligibilem et ad eliciendum actum visionis beate. ¶ Ad. 3^m. dicitur q^o maior ppositio non est vni- uersaliter vera. naz pzo premio sepe redditur ho- mini a rege q^o vel assistat regi vel ei consilium pre- beat aut etiam q^o officium honoris vel commodi exerceat: que sine eius assistētia et actionibus fieri nō possunt. et id ipsum est de premio visionis bea- te. quia huiuscemodi premium consistit in opera- tione ab homine elicitā virtute et dono dei. imo in proposito nostro ecōtra argui potest q^o homo cooperetur premiānti. quoniam meritum et pre- mium correlative dicuntur et sibi inuicem corres- pondent. sed meritum hominis non est a solo ho- mine: sed etiam a deo sibi cooperante. ergo et p- miū non erit a solo deo sed et ab homine sibi coo- perante. Ad confirmationem dicitur q^o dictū phi- losophi non probat q^o felicitas non sit operatio ab homine elicitā: cum ipse expresse doceat in pri- mo et decimo ethicozum felicitatem esse optimā hominis operationem. ¶ Ad ea que secundo lo- co obijcit: ad primū dicitur q^o assumptum est fal- sum. et ad eius probationem dicitur primo q^o si- militudo intellectus possibilis ad materiam: nō tenet per omnia: sed solum q^o ad hoc q^o sicut ma- teria est in potētia ad formas: sic intellectus pos- sibilis ad intelligibilia. verū tamen in plurib⁹ sunt dissimilia. nā materia pma est pura potētia ex sui natura. intellect⁹ vero possibilis est quedam vir- tus et forma et actus. et ideo magis ei competit agere q^o materie pme. Dicitur secūdo q^o etiam in agendo pōt dari aliqua similitudo inter mate- riam et intellectuz possibilem. qm̄ sicut intellect⁹ possibilis postq^o informat⁹ est forma intelligibili est principium agendi: ita etiam materia postq^o per formam informat⁹ et actuatur potest esse pzi- cipium agendi: nam actiones rotius sunt compo- siti ex materia et forma et non tantū forme. ¶ Ad 2^m. dicitur q^o dictum philosophi sic debet intelli-

gi: q^o intellectus agēs est quo est omnia facere. s. omnia intelligibilia in potentia: esse intelligibilia actu per illustrationem phantasmatum. vnde nō debet intelligi q^o intellectus agentis sit omnia fa- cere id est omnia itelligere vel omnes intellectio- nes elicere: sed hoc est propriū intellectus possi- bilis postq^o sit actu informatus specie vel forma intelligibili. ¶ Ad. 3^m. dicitur primo q^o nullum in- conueniens reputamus intellectum agentem et intellectum possibilem esse duo principia agētia respectu diuersarum operationum. alia eni ope- ratio est intellectus agentis. s. illustratio phantas- matum et abstractio specierum intelligibilium: et alia ē operatio intellect⁹ possibilis. s. itelligere v^l indiuisibiliter vel cōponēdo et diuidendo. D^r se- cūdo q^o quia itellect⁹ possibilis operationes suas elicit virtute luminis intellectus agentis: possunt ambo intellectus pro vno agente computari per illā regulā thopicā. vbi vnuz propter alterū et ē. nec sic dicēdo sequit⁹ q^o intellect⁹ possibilis sit agēs nobili⁹ et prestāt⁹ q^o intellect⁹ agens: quia etiam si habeat nobiliozē actum aut effectū: non illum habet nisi virtute intellectus agentis. ¶ Ad ea q^o aureolus arguit tertio loco: ad primuz dicitur q^o maior est falsa. quia etiam si potentia non patiat⁹ ab obiecto passione corruptiua vel abiectiua: in- diget vigorari si virtus eius deficit ab excellentia obiecti: quē admoduz in pposito nro put dictum fuit in respōsione ad durandū contra primaz con- clusionē. Et ad cōfirmationez dicit⁹ q^o non militat contra nos. qm̄ auctoritas phi nō aliud pbat nisi q^o ex intelligētia pfectioris obiecti: non reddi⁹ in- tellectus min⁹ potens ad intelligēdū min⁹ pfecta quē admodū contingit in sensu. ppter organi pas- sionem. hoc autē nihil facit ad nostrū ppositū. naz nec ponim⁹ intellectū n⁹ deficere a clara visione dei. ppter organi passionē: nec ppter intelligētiā pfectioris obiecti. imo ecōtra dicimus q^o quia itel- lectus noster ex vi sue nature natus ē itelligere infima vt materialia: nō pōt ex solis naturalib⁹ p- tingere ad visionē maximi et supmi intelligibilis. ¶ Ad. 2^m. dicitur primo q^o vt responsū ē supra similitudo materie pme ad intellectū possibilez nō tenet in omnib⁹. Dicit⁹ secūdo q^o etiā materia prima intelligit⁹ vigorari ad recipiēdam formam subalem per dispositiones per quas sit apta et p- pria talis forme. quia non quo dlibet recipitur in quolibet. et consimiliter intellect⁹ possibilis vigo- rat lumine glorie sicut quadā dispositione ad reci- piēdū diuinā essentiā tanq^o formā intelligibilez et consequenter ad eliciēdū actū visionis diuine essentie. nec vigor iste est magis intrinsecus intel-

lectui quod vigor materie ex dispositionibus proueniens. quod autem anima rationalis infundatur materie immediate: non obstat proposito. ¶ Ad. 3^m. dicitur quod lumen glorie vigorat intellectum possibilem secundo modo. scilicet ut dispositio medietatis inter agens et patiens vel inter potentiam et obiectum. et ad huius primam impugnationem dicitur quod assumptum est falsum. quoniam plerumque requiritur tale medium propter dispositionem patientis. ad secundam impugnationem dicitur quod non est ad propositum. nam non querimus hinc de eo quod deus potest facere per potentiam absolutam: sed de eo quod fit secundum communem cursum et magis competit potentie dei ordinate. ¶ Ad ea vero que inducit quarto loco: ad primum dicitur quod assumptum est falsum quod ad primam partem. et ad eius probationem negat maior. et ad decretalem quam arguens inducit: dicimus quod false allegatur. unde sic dicit littera decretalis referens quintum errorem beguardorum. quinto quod quilibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata: quod anima non indiget lumine glorie ipsam eleuante ad deum videndum et eo beate fruendum. hec textus decretalis. ubi constat nullam esse factam mentionem de intellectu agente cui decretalis lumen glorie attribuat: sed tantummodo de anima in qua est intellectus possibilis. cui rationaliter attribuitur tanquam subiecto lumen glorie pro eo quod est dispositio eleuans et perficiens intellectum ad recipiendum diuinam essentiam tanquam forma intelligibiles et ad ipsam clare intelligendum et videndum. que duo circa quodlibet intelligibile competunt intellectui possibili non intellectui agenti. unde sicut deductum fuit in quarto notabili: lumen glorie non est necessarium ad hoc quod faciat primum et principalem effectum quem in nobis efficit intellectus agens: sed ad effectus concernentes intellectum possibilem. ac per hoc non debet poni dispositio intellectus agentis: sed dispositio et perfectio intellectus possibilis. arguens autem deceptus est ex appellatione nominis: quod dicitur lumen glorie. non aduertens quod lumen appellari consuevit omne illud quod ad manifestationem confert. secundum illud apostoli ephe. 4. omne quod manifestat lumen est. nec est inconueniens quod in anima beata sit duplex lumen unum naturale et aliud super naturale respectu diuersorum actuum. ¶ Ad. 2^m. dicitur primo quod licet lux illa incorporea de qua loquitur augustinus. scilicet lux intellectus agentis sit vitalis per essentiam quia cum sit potentia anime viuunt vita anime: non inde sequitur quod omnis lux in qua et sub qua aliquid videtur: sit vitalis per essentiam. sicut patet de luce solis in qua et sub qua mens rationalis per oculos videt colores: quoniam et ip-

sa visio sit actus vitalis. Dicitur secundo quod lumen glorie reducibile est ad lucem que est vita per essentiam scilicet ad lucem que deus est. a qua lumen glorie profluit et emanat. ¶ Ad. 3^m. dicitur quod procedit ex falso supposito. scilicet quod intellectus possibilis sit potentia pure passiva et nullo modo actiua. quod est falsum prout in tertio notabili fuit deductum. ex qua falsitate arguens prorupit in alium errorem. scilicet quod lumen glorie detur ad intendendum et augendum lumen naturale intellectus agentis. quod non est verum prout in quarto notabili probatum fuit. uno datur ad vigorandam et ampliandam virtutem intellectus possibilis ut sepe dictum est. ¶ Ad dubia que aureolus mouet quinto loco circa lumen glorie: ad primum patet responsio ex solutione data ad tertium scoti contra secundam conclusionem. ¶ Ad. 2^m. et. 3^m. respondetur sicut responsum est ad secundam impugnationem tertij argumenti eiusdem aureoli tertio loco positi. ¶ Ad. 4^m respondet sicut responsum est ad primum dubium. ¶ Ad ea que sexto loco adducit: ad primum dicitur quod assumptum est falsum. ¶ Ad responsiones vero que arguens adinuenit ad auctoritates quibus lumen glorie probatur: dicimus quod licet quedam illarum non probent efficaciter lumen glorie: verum tamen stante veritate quod lumen glorie infundatur a deo intellectui beatorum sicut eius dispositio ad videndum diuinam essentiam quemadmodum per ecclesiam fuit determinatum: omnes ille auctoritates suo modo ad id probandum iuuant: quoniam ab aduersariis aliter possint exponi. Verum quod prima auctoritas dicens in psalmo in lumine tuo videbimus lumen: satis extorste ac ficticie exponitur intelligendo cum dicitur in lumine tuo: ipsum actum visionis. tum quia actus videndi quoniam requirat lumen: non tamen consuevit lumen appellari. tum etiam quia actus visionis quo beatus videt deum est actus ipsius beati et illi inherens et ab eo elicitus. quamobrem magis proprie dicitur debet lumen intellectus quod lumen dei: quoniam dono dei sit habitus. unde in quacumque auctoritate ibi recitata lumen vel lux exponitur de actu visionis: est impropria et extorste expositio. sed quicquid sit de alijs auctoritatibus hic recitatis que ut prediximus non efficaciter propositum probant: auctoritas tamen ecclesie in decretali supra allegata extra de hereticis capitulo ad nostrum: omnes fideles conuincit facteri animam beatam indigere lumine glorie ad videndum diuinam essentiam. Nec valet intellectus quem aduersarij sola proteruia dare conantur ad textum decretalis. quoniam actus elicitus a potentia: habet se ut eius effectus et ut aliquid

ab ea procedēs. effectus autē vel actus a potētia procedēs: non pōt eleuare et pficere potētiā ad illūmet. pducēdum: alioquin anteq̄ actu sit: face-
ret ad sui productionē quod est impossibile et di-
ctum magne demētie. Lumergo decretalis dicat
expresse q̄ anima indiget lumine glorie ipsaz ele-
uante ad deum videndum: manifestum est q̄ per
lumen glorie non intelligit actum vidēdi deuz: s̄
aliquid aliud animam perficiēs et eleuans ad vi-
sionem dei. ex determinatione profecto ecclesie ī
hac decretali omnes expositiones auctoritatum
in contrarium conficte dānantur. ¶ Ad ea q̄ du-
randus inducit primo loco contra eandem con-
clusionem: dicitur q̄ lumē glorie requiritur ad cō-
fortationē intellect⁹ nostri: non intendendo eius
subam aut virtutē naturalē: sed perficiēdo et dis-
ponendo intellectū per modū forme inherētis.
quē admodum gratia et charitas disponūt et pfī-
ciunt animā ad actus meritorios absq̄ eo q̄ eius
subam vel naturalē virtutez adaugeant intēsiue.
vnde cessant obiectiones arguentis cōtra istam
partez. ¶ Rursus dicimus q̄ intellectus noster per
lumen glorie habet vicē vnius agētis perfecti et
pectu talis visionis: supposita diuina essentia pre-
sente intellectū sicut forma intelligibili. et non se
habēt intellect⁹ et lumē glorie tanq̄ duo imperfe-
cta agentia quemadmodū se habent duo trahē-
tes nauem quoz vtrūq̄ est quod agit: sed se ha-
bent sicut agens et principium formale quo agit.
et ita cessat obiectio qua arguēs concludere puta-
bat lumen glorie et potentiam intellectus eē eius-
dem rationis in agēdo. nam vtrūq̄ est q̄ princi-
pium agendi quo et principium agēdi quod: sunt
alterius et alteri⁹ rationis: quia vnū est formale ⁊
aliud effectiū. vnde lumen glorie se habet ad in-
tellectū possibilem sicut quedam virtus sibi inhe-
rens et illum informās. ac p hoc valet intellectus
confortare plusq̄ lumē solis sub quo vident̄ colo-
res: oculos corporales. eo q̄ nō se habet ad ocu-
los sicut formaliter inherens quē admodū se hēt
lumen glorie ad intellectū. ¶ Ad ea q̄ secūdo lo-
co obiicit ipse durand⁹ ad primum dicit primo q̄
nos non ponim⁹ lumē glorie ad suscipiendū actū
visionis beate vt arguens falso putat: sed ad eli-
ciendum ipsum visionis actū. Dicit secundo q̄ nō
est simile de forma et de dispositione ad formam.
nam et in naturalibus et in moralib⁹ forme ē dis-
positio: sed nō est dispositio dispositionis. quia sic
esset processus in infinitum. est enī in materia vel
subiecto ordo et aptitudo imēdiatē recipiēdi dis-
positionem ad formam. et ideo ad illam recipien-
dam non requiritur alia dispositio. vnde quia na-

tura intellectualis naturalem ordinem et aptitu-
dinem habet ex sui creatione ad videndam clare
diuinam essentiam: eo ipso est apta nata recipere
immediatē lumen glorie. quod ex diuina ordina-
tione est dispositio propria intellectus creati ad ta-
lem visionem eliciendam et ad recipiendum diui-
nam essentiam tanq̄ formam intelligibilem. non
enī ad recipiendum quodcūq̄ supnaturale re-
quiritur preuia dispositio: sed tantūmodo ad re-
cipiendū formam que non est principalr alterius
dispositio. ¶ Ad. 2^m. patet responsio ex his q̄ di-
cta sunt ad primū scoti contra primam conclusio-
nem. ¶ 3^m. et. 4^m. et. 5^m. argumentum concedi-
mus loquendo de potentia dei absoluta. et d̄ hoc
latius diximus in quinto notabili. ¶ Ad argumē-
tum ante oppositū respondet. S. Tho. in hac di-
stin. q. 2. arti. 6. ad. 4^m. q̄ intellectus creatus nō
impeditur ad hoc q̄ naturaliter possit deum per
essentiam videre: ex defectu diuine essentie quia
scilicet de se nō sit intelligibilis in actu: sed ex par-
te ipsius intellect⁹ creati. Et in hoc articulus ter-
minatur.



Quateri⁹ cir

ca quadragesimā no-
nā distinctionez q̄rit̄
vtrūq̄ essentia diuina
ab intellectu creato p
aliquā similitudinem
videat̄: et arguitur q̄
sic. qz intellect⁹ in actu
est intellectū in actu.
sicut sensus in actu ē
sensibile in actu. hoc autem non est nisi in quantū
sensus informatur similitudine rei sensibilis et in-
tellectus similitudine rei intelligibilis vel rei intel-
lecte. ergo si deus ab intellectu creato videtur in
actu: oportet q̄ per aliquam similitudinem videat̄.
¶ In oppositum arguitur. quia dicit augustinus. 15. de trinitate q̄ cum apostolus dicit: vide-
mus nunc per speculū in enigmate: speculi ⁊ enig-
matis nomine quecūq̄ similitudines ab aposto-
lo significatē intelligi possunt que accommodatē
sunt ad deum intelligendum. sed videre deum p
essentiam: non est visio enigmatica vel specula-
ris sed contra eam diuiditur. ergo diuina essentia
non videtur per similitudinem. ¶ In hac q̄stio-
ne erunt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad primū articulū sit ista cōclusio q̄ diuina essentia p̄ nullā similitudinē creatā videri p̄t. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac disti. .q. 2. ar. p̄. 3. tē. p̄. p. q. 12. ar. 2. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 51. 3. tē in cōmēto. p̄. Lozin. 13.

Qantum ad secundū articulū arguit cōtra cōclusionē cōtra quā arguit aureolus in suo q̄libet multiplici. et p̄mo q̄dē arguit cōtra pbationes illius cōclusionis. dicit enim sic in forma. si debeat tolli species a beatifica visione: hoc nō facit rō facialis et dare noticiē nec finitatio seu limitatio speciei create ppter opinionē q̄ has rōnes assignat. 1. Primā q̄dē sic assignat. nulla similitudo speciei finita p̄t representare diuinā essentiā. q̄d patet primo auctoritate dionisi d̄ diuinis nominib⁹ caplo p̄mo. q̄ dicit q̄ p̄ similitudinē inferioris ordinis rerū nō p̄t superiora cognosci: sicut p̄ sp̄m corpis non p̄t cognosci essentia rei corporee. sp̄s autē creatae inferioris ordinis est q̄ diuina essentia. ¶ 2. qz essentia dei est ip̄m suum eē q̄d nulli forme create cōpetit. et p̄ p̄ns eam representare nō p̄t. ¶ 3. Tertia rō est q̄ nullū limitatū p̄ rōnem sapiētie v̄l bonitatis vel ipsi⁹ esse p̄t esse similitudo ei⁹ quod ē incircūscriptuz et cōtinēs sup̄essentialit̄ q̄cqd significari aut intelligi creato p̄t. s̄ talis ē diuina essentia. ergo nulla creatā species p̄t eam representare. ¶ 4. Quartā rōnem assignat ex claritate intuitiue noticiē. qz putat aug⁹. 1. 5. de trini. cuz apls dicit. videm⁹ nūc p̄ speculū in enigmatē: speculi et enigmati noie quecūqz similitudines significat ab aplo intelligi possunt q̄ accommodatē sunt ad itel ligēdū deū. sed videre deū p̄ essentiā nō est cognitio enigmatica et specularis: sed clara et facialis. ergo nō videt p̄ sp̄m. sed hoc dicere ē dicere q̄ de us in se nō videat sed p̄ theophasias et speculum q̄d est absurdū vel erroneū. Sed his nō obstantibus p̄bo p̄positionē p̄mo qz limitatio nō impedit sic. actus q̄ videt diuinā essentia: est expressissima similitudo ipsi⁹. sed act⁹ quo videt diuinā essentia est quid limitatū et finitū. ergo aliqua res limitata et finita p̄t esse exp̄ssa similitudo diuinā essentiam representās. maior patet p̄ augustinū. 1. 5. de trini. caplo. 11. qui ait q̄ similitudo ē visio cogitationis rei illi vnde format et ex qua gignit. Et. 14. de trini. caplo. 17. tunc p̄fecta erit similitudo dei in mēte: quādo dei p̄fecta erit visio. apostol⁹ eni iōā

nes ait. scim⁹ qm̄ cuz apparuerit similes ei erimus qm̄ videbim⁹ eū sicuti est. hinc apparet tūc in ista imagine dei plenā similitudinē fieri: quādo ei⁹ plenā p̄cepit visionē. hec ille. Et caplo. 6. dicit cogitationem qua format mentis intuit⁹ imaginē rei esse. Sicut et anselm⁹ dicit monol. 33. q̄ nulla rōne negari p̄t cognitionē rei eē imaginē ei⁹ tanq̄ ex ei⁹ imp̄ssiōe formatā. Rōne etiā patet. illd̄ eni q̄d vltimate facit formati vt res aliq̄ mēti appareat luceat et sit p̄sens in eē p̄specto et cōspicuo: ē illi⁹ rei exp̄ssiua similitudo. hoc patet. esse eni apparēs rōse q̄ mihi obijcit nulla rosa existēte: illud nō ē reale sed rōnis tm̄ v̄l intētionale. et ideo nihil ē ex se s̄ oportet q̄ reducat ad aliqd̄ reale ex cui⁹ denominatione sit. illd̄ autē in mēte est q̄dā res q̄ est re-lucētia et apparitio et p̄sentialitas et similitudo cōspicua rei. obm̄ eni q̄d sic apparet et relucet relucēs ex apparitione expressiua apparet et lucet. sed actus diuine visionis est illud quo formaliter et vltimate diuina essentia mēti apparet obijcit et lucet in esse cōspicuo et p̄specto. da enim q̄ nulla alia mutatione facta nec ex parte dei nec ex parte beati de⁹ annihilat visionē in mēte beati: cōstat q̄ non est apparēs lucens nec cōspicua dei essentia illi mēti: sed aberit s̄m esse p̄spectū. et hoc est cōmune omni actui cognitiuo. nullus eni habet in prospectu mentis rem: nisi dum actu de illa cogitat. vnde augustin⁹. 14. de trini. capitulo. 6. tanta est vis cogitationis: vt nec ipsa mens sit in prospectu suo nisi dum se cogitat. nec aliter possit esse in conspectu suo nisi cogitando. sequitur multarum disciplinarum peritus: ea que nouit ei⁹ memoria continentur. nec tamen est aliquid in conspectu mentis sue nisi dum cogitat. Et libro. 1. 5. dicit q̄ res lucet in cogitatione virtute ipsius. ergo ipsa visio est expressissima diuine essentie imago et expressissima similitudo illius. minor autem q̄ actus sit res limitata patet. quia est creatā et accidens in d̄terminato genere qualitatis. ¶ Ad motiua vero in oppositum patet. ad primū quidem dicitur q̄ similitudinē esse inferioris ordinis q̄ sit res cognita: intelligi potest dupliciter. vno modo essentialiter quasi ipsa sit p̄ essentiā inferioris: et sic constat q̄ omnis similitudo in intellectu exis vel de angelo vel de quauis substantia: est ordinis inferioris cum accidens inferius sit substantia nec sic intelligit dionisius. vel potest intelligi obiectiue: et sic dionisius intendit q̄ per similitudines inferioris ordinis rerum hoc est que representat inferiora: non possunt superiora cognosci. vnde exemplificat q̄ per speciem corporis non potest essentia incorporea cognosci. non ergo ex hac au

ctoitate potest ferri nisi q̄ dei essentia videri nō potest per speciem alicuius creature. sed quando per speciem creatam non representantem creaturam sed solam dei essentiam: non infertur. vnde i argumento cōmittitur fallacia figure dictionis v̄ amphibologie cum dicitur per speciem rei inferioris ordinis non possunt superiora cognosci. quia vel pōt intelligi intrāsitue. s. p̄ specie q̄ est p̄ essentia suā inferior in ordine: et sic est falsa. vel trāsitue quasi p̄ sp̄m que est de re inferioris ordinis et sic est vera nō solū cōparando sp̄m rei inferioris ordinis ad cognitionē rei superioris ordinis. imo etiā e conuerso quia per sp̄m angeli non pōt homo cognosci. ¶ Ad. 2^m. dicit q̄ peccat fm nō causam vt causam. nam non causa vt causa est q̄ non possit species representare deum que est suū esse: p̄pter hoc q̄ sp̄s non est suū esse. sicut patet q̄ sp̄s que vere est accidēs et inherēs: pōt rēpsentare subam et subsistens. vnde nulla esset ratio q̄ vellet ostendere q̄ angelus non potest habere similitudinem archangeli: quia angelus in essendo subsistit. omnis aut̄ similitudo accidentalis inheret et non subsistit. et ratio huius est. quia rēpsentatio fundatur super qualitatem ⁊ conformitatē non autē sup̄ existentiam vel inherētiam. vñ accidit rei representanti q̄ subsistat vel inheret vel q̄ sit suum esse vel non sit. quāuis etiā falsum assumat. s. q̄ species non sit suū esse vt alias ostensum fuit. quia esse non est nisi affirmatio essentie vere dicens ip̄am vt cōmentator dicit. s. metha. et. 10. per consequēs omnis res est suū esse realit̄ quāuis differat fm modum cōcipiendi. ¶ Ad. 3^m dicenduz q̄ p̄positio cui inicitur: non est vera. s. q̄ illud quod est incircūscriptū cōtinēs in se sup̄eminenter quicq̄d pōt significari vel intelligi ab intellectu creato: non possit representari per specie finitam et limitatā. p̄batū est enī q̄ actus visionis similit̄ est diuine essentie exhibens eam presentem facialiter in esse apparenti et cognito. et tñ est quid finitū. hoc patet si ponderetur p̄positio que est q̄ sp̄s rei infinite dicitur infinita. fm hoc enī scientia de diuinitate: esset infinita. vnde cum representatio fundetur super qualitātē: finitas autem et infinitas fundetur super quantitatem: est mutare quale in quantum cum arguitur. hoc est similitudo infiniti: ergo hoc est infinitum. quod i exemplo sensibili patet. quia per specie in pupilla describitur similitudo medietatis celi eque representans eam ac si equaretur sibi in quantitate. ¶ Secundo inquit probō propositionem q̄ clara noticia et intuitiua hoc nullo modo impediatur. constat enim q̄ noticia rei presentis per visuz cor

porum apprehēse et clara et facialis noticia: nō impeditur per hoc q̄ ponitur species tanq̄ ratio videndi. et per consequens etiam non est verum q̄ qui poneret diuinam essentiam videri per sp̄z tanq̄ p̄ rationem vidēdi: poneret diuinam essentia non videri aut enigmate cognosci. ¶ Preterea illud quod ponit enigma et tollit noticiam facialem: est mediū creatum se tenēs ex parte obiecti. quasi act^o attigat illud mediū et nō diuinā essentia p̄ se. nō aut̄ tollit facialē noticiā mediuz quod est ratio cognoscendi. quia in illā non fertur sed immediate in obiectū: quāuis ratio tendēdi sit sp̄s ergo nō tollit facialis noticia si sp̄s ponatur isto vltimo modo. ¶ Quod de augustino inducitur patet q̄ nō intelligit de quacūq̄ creata similitudine q̄ adhibet ad intelligendū deum fm modum rationis intelligēdi: sed de illa q̄ adhibet f̄z modum cuiusdāz mediū obiecti. fm q̄ dicit̄ 1^o. p̄. q̄ inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. et sic ponere q̄ diuina essentia videat̄ per speciem mediam: est erroneuz. vnde patet q̄ contigit equiuocatio de medio in toto processu. hecille. ¶ 2^o. principaliter arguit probādo q̄ deus videtur in patria per creatam similitudinē: qz per actum que est vera similitudo obiecti. et hoc est cōmune omni potētē cognoscitiue. s. q̄ nulla alia species est i ea formaliter aut similitudo alia nisi actus qui similit̄ est ipsi rei. sic q̄ actus nō addit vltra speciem nisi actualē representationē. hanc autem propositionem que vt dicit forte videtur noua: probat dupliciratione. prima fundata in auctoritate. secunda tenente ex se. quia fm augustinum de moribus ecclesie contra manicheos: nature ordo in se habet vt cuz aliquid dicim^o rationē precedat auctoritas. nam infirma potest videri ratio: que cum reddita fuerit auctoritatez postea per quam confirmet̄ assumit. sed quia caligantes hominū mētes consuetudine tenebrāz p̄spicitati aut certitudini rationis aspectum idoneum attendere nequeunt: saluberrime compertum est vt in lucem veritatis ad eum titubantē inducat auctoritas. ¶ Primo ergo auctoritate fundata in ratione apparet propositio. si enim vel in intellectu vel in sensu que sunt potētie cognoscitiue poneretur aliqua similitudo distincta ab actu et non esset ipsa similitudo idest species et actus qui imprimi ab obiecto: sequeretur q̄ primuz receptiuum in sensu nō esset ipsa visio: et intellectio non esset purum pati ab obiecto. et hoc patet. qz fm ponentes species distinctas realiter ab actu et si simul tempore potētia respiciat vtrūq̄: tñ ordine nature prius respicit species per quā facta in actu

in actu primo: elicit actum secundum qui est cognoscere intelligere vel videre. et ita cognoscere non est purum pati ab obiecto nec primum impressum in potentia. sed sancti et philosophi dicunt quod primum impressum ab obiecto in potentia: est actus ipse ut pote visio et intellectio. et de sanctis quidem patet. nam augustinus de quantitate anime capitulo. 12. dicit. quid patiuntur oculi nisi ipsum visum cum videant. si enim me interrogares quid pateretur egrotans: egritudinez responderem. cur ergo interroganti quid videns patiat: non recte visum ipsum responderem. ¶ Similiter. 11. de trinitate caplo. 2. dicit quod illa informatio que visio dicitur: a solo corpore quod videtur imprimitur. et subdit quod tardioribus ingenijs difficile persuaderi potest in nostro sensu imaginez rei visibilis formati et eandem formam esse visionez. Et infra. imago rei impressa sensui: est visio sensus ve formati. et concludit quod imago rei que fit in sensu est visio. ¶ Similiter eodez libro capitulo. 9. dicit quod quatuor reperiuntur species quasi gradatim nate altera ex altera. ex specie quippe corporis quod dicitur: exoritur illa species que fit in sensu cernentis. et ab hac: ea que fit in memoria. et ab hac: ea que fit in acie cogitantis. et subdit quod due istarum sunt visiones. scilicet illa que fit in sensu cernentis: altera in acie cogitantis. propterea duas in hoc anime trinitates volui commendare. vnam cum visio sentientis formatur ex corpore. aliaz cum visio cogitantis formatur ex memoria. mediam autem volui: quia non sola visio dei cum forma memorie commedatur. ex quo patet quod forma que imprimitur sensui est ipsa visio: et que imprimitur aciei cogitationis. non autem illa que imprimitur memorie quia non est potentia cognitiua. ¶ Similiter anselm⁹ monol. 33. dicit quod nulla ratione negari potest cum mens rationalis cogitatio intelligit: imaginem nasci in sua cogitatione: imo ipsam cogitationem esse imaginem. et concludit quod mens rationalis cum se cogitando intelligit: habet secum imaginem suam ex se natam id est cogitationez ad suam similitudinem quasi sua impressione formatam ¶ Similiter philosophus. 2. de anima expresse dicit quod idem est actus sensibilis et sensus: et eadem est actio sensibilis et passio sensus. et ponit exempluz comentator comentio. 104. dices. verbi gratia. sonare est actio soni: audire autem est passio sensus audientis. et verbi gratia. in visu passio visus est videre licet sit in figura nominis ageris. actio vero sui sensibilis quod est color: caret nomine in lingua greca. nunc autem cum actio sensibilis sit impressio speciei nisi ipsa species esset ipsa sen-

ratio formaliter sed aliquid consequens aliud a specie: non esset verum quod actio sensibilis et passio sensibilis essent idem secundum rem. ¶ Similiter philosophus 3. de anima postquam dixit quod intelligere est pati: declarans modum illius pati: dicit quod esse susceptivum speciei. ipsum intelligere appellans speciem. et ideo comentator comentio. 25. ait quod intelligere est in capitulo passionis et passivus: non actio. et tamen esset actio si per spiritum intellectus eliceret actum. Dicit etiam comentio. 31. quod abstrahere nihil aliud est quam facere intentiones imaginatas intellectas in actu postquam erant in potentia intellecte. intelligere vero nihil aliud est quam recipere has intentiones. constat autem quod ibi vocat intentiones ipsas species. ergo secundum mentem sanctorum et philosophorum non est aliud actus cognoscitivus in quacumque potentia apprehensiva: nisi receptio similitudinis aut speciei aut forme rei cognite. et per consequens in ea non est alia species ponenda. nec valet si dicatur quod auctoritates iste intelligende sunt per causalitatem et non formaliter. ut sit sensus quod species sit intellectio aut sensatio quia est causa earum. hoc utique non valet. tum quia secundum hunc modum possent omnes propositiones essentielles infirmari. unde posset dici quod homo est animal per causalitatem. tum quod talis modus loquendi improprie est nec visitatur in philosophia: quia est causa deceptionis. in hoc enim differt philosophia aristotelis ab illa platonis: quia ille loquebatur metaphoric: iste vero sub proprijs verbis. tum quia philosophus et augustinus non probarent illud ad quod adducunt has propositiones si intelligantur per causalitatem. sicut apparet deducenti illud quod augustinus dicit. 11. de trinitate. intendit enim probare quandam trinitatem in sensu: accipiendo pro parente corpus visibile: et pro prole formam impressam ac visionem ipsam. pro tertio vero intentionem copulatam. si ergo intelligeret quod forma et visio essent due res et quod forma esset visio per causalitatem et non essentialiter: tunc haberet quaternitatem quod duas proles impressas ab obiecto sub ordine quodam scilicet speculationem et visionem. cuius oppositum ipse intendit. ¶ Similiter philosophus in. 2. de anima non probaret quod cognoscens visionem. scilicet sensus communis: cognosceret colorem seu colorationez ex hoc quod idem est actus sensitivi et sensibilis: nisi intelligeret quod primum impressum a sensibili est ipsa sensatio: ut a colore coloratio oculi intentionalis que est visio. vbi etiam comentator ait quod intelligere nihil aliud est quam recipere intentiones intellectas. non potest ergo gloriari quod hoc sit dictum per causalitatem: quia falsum diceret cum effectus sit aliud

a causa. ¶ Secundo inquit idem patet ratione dicente propter quod illud enim quod existens in potentia cognitiua est sibi formaliter ratio ut res sibi appareat principaliter obiectiue: est formaliter actus cognoscendi. constat autem quod actus cognoscendi non est nisi quedam formalis apparentia. unde et greci vocant phantasiam et apparentiam. et propter hoc augustinus ut supra allegatum est. 9. de trinitate dicit quod ista est vis cogitationis quod facit rem esse in conspectu. unde et conspiceret nihil aliud est quam in conspectu habere. cognoscere autem et aspiceret idem est. sed omnis similitudo formalis existens in potentia cognitiua ultimate disposita: est illud quod formaliter facit eidez potentie rem presentia liter et obiectiue apparere. et hoc patet ex dicto philosophi. 3. de anima anaxagoram approbantis. dicit enim quod si intellectus haberet penes se aliqualem conaturalem speciem: faceret apparere illud cuius haberet speciem. et quod hoc prohiberet speciem extranei apparere et quasi obstrueret intellectum propter hoc quod auicena dicit quod impossibile erat quod in intellectu remaneret species. quia cum sit potentia cognitiua: semper appareret quoad in ipso esset species per quam obiectus apparet. propter idem etiam memoria non ponit virtus apprehensiuam: quia species ibi existentes non semper faciunt lucere obiectus. et ratio huius potest patere. quia speciei et similitudinis est representare. unde ponentes species: dicunt eas necessarias ut representent obiectum. et manifestum est quod omnis similitudo est representatiua sui similis et expressiua. et per consequens cum representare sit rem presentem facere: patet quod si ponitur similitudo in potentia cui potest fieri representatio qualis est cognoscitiua: exhibebit actu rem presentem. igitur omnis similitudo existens in potentia cognitiua ultimate disposita: est actus cognoscitiuus. sed si preter actum poneretur alia species: sequeretur quod essent duo actus quia adhuc illa species representaret obiectum et ipsum faceret apparere ut dicit philosophus. Sed forte dicitur quod species non ponitur ut representet obiectus quia hoc competit actui: sed ut sit intellectui ratio agendi vel ut coagat intellectui ac si obiectum esset presentens. unde patet quod tenet vicem obiecti in eliciendo actum. hoc autem non valet. quantumcumque enim coagat: adhuc ex vi sue essentie in intellectu est illud quo formaliter obiectum cuius est similitudo representatur ac presentia liter apparet. non enim potest species separari ab actu suo proprio. sed actus proprius speciei est representatio. imo non est nisi representatio obiecti. ergo absque hoc

quod coagat ad productionem alterius similitudinis ipsa seipsa formaliter representaret. Et confirmatur. quia quod inest alicui per rationem communem inest cuilibet participantem illam. sed actui inest quod exhibeat obiectum et faciat formaliter apparere ex hoc quod est similitudo et representatio obiecti. ergo et hoc inest speciei alteri si ponatur. Confirmatur etiam quia talis species et actus non differrent nisi sicut expressio et similitudo et minus expressio: et sic sicut maior similitudo et minor. et per consequens non differrent nisi per magis representare et minus. in aliquo ergo gradu faceret apparere obiectum species predicta. et per consequens esset quedam cognitio et quoddam conspiceret. Forte etiam dicitur quod nec actus nec species exhibent obiectum presentem nec constituunt in esse apparenti. et ita ratio cessat. sed hoc dici non potest. negans enim quin obiectum aliquod esse intentionale habeat et prospectum in actu intellectus negat vniuersale: negat intentiones secundas: negat relationes rationis. et vniuersaliter negat etiam scientiam esse de rebus et veritatem omnium enunciationum. et ponit quod anima nihil apprehendit et cognoscit nisi proprias passiones et illud quod est in ea. negat quidem vniuersale: quia constat quod nec actus intellectus nec aliquid extra existens est vniuersale sed particulare iuxta dictum porphyrii species in solis nudis purisque intellectibus posite sunt. et ideo vniuersale nihil est vel non habet esse nisi in anima obiectiue et finem esse intentionale et apparens. Secunde etiam intentiones et relationes et entia rationis non habent esse reale nec in anima nec extra: sed tantum esse cognitum. Similiter si actus intellectus quo enunciat quod rosa est flos non habet in prospectu ipsam et rosam sed vel speciem vel ipsum actum: sequitur quod illa propositio est falsa quia species rose non est species floris: nec actus est actus. sequitur etiam quod scientia de ista propositione: non est de rebus. et vniuersaliter quod quid est quod lucet in phantasmate cum sit aliud a phantasmate et ab actu intellectus: necesse est quod ponatur subsistere sicut posuit plato: vel habeat esse intentionale et finem esse apparens. et ad hoc est intentio augustini. 14. de trinitate capitulo. 6. ubi dicit quod tanta est vis cogitationis quod nihil est in prospectu mentis nisi illud unde cogitat. et subdit quod anima cogitando se cogemina se ut sit in se conspiciens et ante se conspiciua. et tota doctrina philosophi et augustini ubi loquitur de actibus cognitiuis: hanc veritatem clamant scilicet quod res sunt finem esse apparens cognitum presentiale et prospectum vel intentionale.

le in acie cogitationis. ¶ 2°. inquit hoc potest p-
bari ratione diuisiua. si eni preter illam similitudi-
nem que est actus: ponatur alia similitudo in po-
tentia cognitiua: vel esset eiusdeꝝ rationis vel al-
terius. sed eiusdem rationis poni non potest. tuz
quia accidentia eiusdem speciei solo numero dif-
ferentia in eodem subiecto plura esse nõ possunt.
tum quia quelibet ex illis similitudinibus esset for-
maliter actus cognitiuus ex quo esset eiusdeꝝ spe-
ciei. et ita bis et duplici actu cognosceret potẽtia
quicquid cognosceret. nec etiam potest dici q̄ al-
terius rationis: quia tunc vna esset nobilioꝝ alia:
et actus esset expressioꝝ similitudo et nobilioꝝ. et
per consequens contineret primã similitudinem
in virtute. nunc autem due forme tales quarum
vna continet aliam in virtute: incompõsibiles sunt
in eodem subiecto. vnde quia anima intellectiua
continet sensitiuam: incompõsibiles sunt in eo-
dem corpore. esset enim bis animatum et bis sen-
sibile. quare et similitudo nobilioꝝ que est cog-
nitio et ignobilioꝝ que est species cum hec contineat
virtualiter in illa tanq̄ in eminenti: incompõ-
sibiles essent in eadem potentia simul. sequeret
enim q̄ idem bis assimilaretur alicui. vnde quia
tetragonus cõtinet trigonum: figura tetragona
et trigona incompõsibiles sunt in eadem superfi-
cie. similiter quia calidum continet tepidum: im-
possibile est tepiditatem ⁊ caliditatem esse simul
in eodem subiecto. et ratio sumi potest quia for-
ma diminuta et forma eminentis specificẽ disticte
differunt sicut habitus et priuatio. ideo differen-
tia specifica forme diminute includit priuationeꝝ.
differencia vero forme eminentis includit habi-
tum oppositum. tales autem differẽtie incompõ-
sibiles sunt in eodem. ¶ Confirmatur. quia tales
forme habent rationem terminorum motus: ita
q̄ subiectum transit ab vna in aliam. quod patet
quia non ex quolibet fit quodlibet primo phy-
sicoꝝ. sed existens sub priuatione: transfertur a
priuatione in habitum. vnde quecũq̄ tales for-
me habent contrarietateꝝ que exigitur ad termi-
nos motus sicut patet d̄ tepido et calido: quia cõ-
trarietas est distantia fm priuationem et habitũ
vt patet. 10. methaphisice. cum ergo istedue simi-
litudines essent representationes eiusdem rei: es-
sent in eodem genere: nam quelibet est represen-
tatiua vnius rei. differrent autem fm expressiũ
et nobiliũ et minus expressum et minus nobile.
et per consequens essent termini motus. vnde po-
tentia cognitiua dum reduceretur ad similitudi-
nem que est actus: amitteret primam similitudi-
nem. sicut aqua amittit tepiditateꝝ dum acquirit

caliditatem. ergo preter similitudinem que ẽ actus
non est ponenda alia similitudo in potentia cog-
nitiua. ¶ 4°. inquit hoc idem patet. quia si aliq̄d
obstaret supradictis: hoc maxime videretur quia
fm hoc videtur q̄ species in intellectu non rema-
neant post actum considerandi: aut q̄ intellectus
omnino actu consideret quozũ habet species si spe-
cies sit idipsum quod intellectio. hoc autẽ omni
experientie repugnat. sed hoc nõ obstat. quia dicẽ-
dum q̄ licet species et actus cognitiuus idem sint
fm suũ absolutũ: differũt tñ ratione in hoc q̄ vbi-
cũq̄ in potentia non apprehensiuã aut in tali dis-
positione existente in qua non est apprehensiuã
illa similitudo ponatur: habet rationeꝝ tñ modo
speciei et non actus. et ideo species in memoria sen-
sitiua aut in medio: non est apphẽsio. nõ additur
aut aliud duꝝ est apphẽsio: nisi sola presentia-
litas et apparentia obiecti que est purus ens rationis.
quãuis eni similitudo semp sit apta nata presen-
tare obiectum et facere apparere: non tamẽ pre-
cise hoc habet a se nec in omni subiecto. et ppter
hoc in memoria vel in medio quamuis sit species
non tamen obiectum presentia-
liter representat. alioquin medium et memoria vere cognoscerẽt.
habet ergo species in potentia cognoscatiua vt fa-
ciat apparere. quia vtrũq̄. i. potentia et sp̄s con-
stituunt vnũ ad quod sequit obiecti apparentia.
ita q̄ quia esse apparẽs est esse vitale: q̄ sit hic ap-
paritio est ex potẽtia. q̄ vero sit talis res subista
apparitione: est ex ipsa specie. et ideo cõmetatoꝝ
3°. de anima cõmento. 18. dicit q̄ sicut esse sensibi-
le diuiditur in materiam et formam: sic esse inten-
tionale. dicit etiam q̄ intentio intellecta et intel-
lectus materialis faciũt vnum in actu: sic q̄ intelle-
ctio actualis componitur ex intellectu possibili et
similitudine rei q̄ vocatur intẽtio intellecta. Sic
ergo ad difficultatem dicẽdũ q̄ sicut species exi-
stens in memoria vel medio vel sensu distracto p
fortem imaginationem vel in intellectu fm ponẽ-
tes eam differre ab actu remanet sine actu: in his
enim omnibus remanet absolutus sp̄s absq̄ hoc
q̄ actu rep̄sentet et exhibeat p̄sens obm: et tamẽ
istud rep̄sentare et species sola ratione differunt:
sic in proposito erit dato q̄ species nõ differat ab
actu realiter sed sola ratione. i. solo actuali repre-
sentare presentiam obiecti. videmus enim q̄ dex-
trum et sinistrum in colũna non differt re cũ sit re-
latio rationis: ⁊ tamẽ amittet rationẽ dextri sola
mutatione facta alibi. Est ergo sciẽdũ q̄ intentio
intellecta obiectiue habet duplex subiectũ. primũ
in eo q̄ est verũ accipiẽdo vtz p̄ esse apparẽti. et
hoc subm ẽ intẽtio imaginata. nũq̄ eni intellectus

nosfer fertur in aliquod vniuersale aut aliquā qđ dicitur obiectiue: nisi speculādo eam in aliquo particulari phantasmate. et ideo cōmētator ait cōmētato. 43. q. pportio intētionum intelligibiliū ad intētionē imaginatā: est sicut pportio colorū ad corpus coloratū: nō sicut pportio colorū ad sensum visus. intellecta enī sunt intētionē formārū imaginatiōis abstracte a materia. et idē dicit cōmētato. 18. q. intētionē intellecte sunt de intētionib⁹ imaginatis sicut forme de materia. et p̄hs ait q. intelligentē necesse est phantasmata speculari. Secū dū vero subm̄ ē illud p quod sunt entia realia. et istud est intellect⁹ possibilis informat⁹ similitudine rei. naz totum istud est intellectio realis a qua dependet esse obiectiuū intentionis intellecte. et hoc patet etiam per cōmētatozem in predictis locis. cum ergo omne dependēs corūpat ad corruptionē illi⁹ a quo depēdet: necesse est q. circa intellectiōnē contingat duplex corruptio et generatio. vna quidē in se q̄m ad reale absolutū quod p intellectiōnē impōrtat. et sic generat intellectio in addiscēte de nouo aut suscipiente similitudinem rei: et corūpuitur in obliuiscēte. altera vero q̄m ad esse. p̄spectū cū corūpuit intētio imaginata in qua sustētabat intētio ista et per cōsequēs intellectio quātū ad id quod dicit obiectiue. et ideo experientia docet q. abeuntib⁹ vel tardatis phantasmatibus: intellectio cessat. nō quidē quod ad realitatem absolutam: sed q̄m ad actū rationis qui est representare aut exhibere vniuersale in prospectu. et ideo dicit cōmētator cōmētato. 49. q. intellectus quid dicitur aut vniuersalis indiget forma imaginata indivisibili in qua sustētetur. et p̄hs de memoriā dicit q. volens intelligere re lineam simpliciter: ponit ante oculos lineā pedalem: vt in linea pedali cōsideret quid dicitur lineae simpliciter. Ex his patet ad difficultatē. nam in intellectu possibili remanet species et similitudo sine actuali consideratione: non tamē vt faciens apparere aut vt presentans obiectū. et ita remanet absolute vt species et similitudo: nō autē vt intellectio. sed dum phantasia existens in suo actu exhibet intentionem imaginatam siue particulare phantasmatum: et similitudo illa remanēs in intellectu: exhibet in esse obiectiuo intentionē intellectam q. in illo phantasmate sustētat et colligatur. et propter hoc dicit cōmētator cōmētato. 18. q. generatio et corruptio insunt intellectui: vt fm q. sunt entia simpliciter et hoc cum acquirantur aut deleantur fm suū esse reale ab intellectu possibili: vel fm esse verum et sic generantur et corūpuntur in intellectu: nō in se per generationē

vel corruptionem forme imagnate. Concedendum est ergo q. intellectio differt a specie: nō quod de quo ad aliquid reale absolutū: sed quia intellectio nominat ipsam spēm vt actu exhibet obiectū in esse presentiali et apparenti. Finaliter ergo dicit ad cōclusionē q. ad visionem beatificā requiritur similitudo creata q. est actus visionis. similitudo vero q. sit videndi ratio vt q. coagat actui ad visionē eliciendā aut q. terminet visionē et mediet inter illam et diuinā essentiā: nullo modo est ponenda sed nec in aliqua alia cognitione. hec ille.



Quantus ad ter-

tiū articulū primo notandus est q. sicut idēitas fundat in substantia et equalitas in quātitate: ita et similitudo fundat in qualitate. dicunt enī res similes q. participāt eandē specie qualitātē. et q. qualitas est quedā forma: fm quācūq. formā accipitur similitudo extēso nomine. vnde similitudo duo necessario exigit. scilicet qualitatem pro fundamēto subiectū similitudinis informatē: et aliud participās eandē specie qualitātē p termino. est enī similitudo relatio similis ad simile fundata in idēitate qualitatis vel forme habentis modū qualitatis. Ex quib⁹ inferim⁹ q. fm actionē vel passiōnē non attenditur similitudo inter agens et patiens: ita q. actio vel passio sit fundamentum talis similitudinis. probat hoc pmo. quia fundamentum similitudinis prout fuit dictū est qualitas. actio autem et passio sunt alteri⁹ predicamenti. predicamenta vero sunt impermixta. Secundo probatur. quia licet per actionē et passiōnē forma agentis que est principiū actionis conueniat passio sicut calor ignis calefacientis cōmunicatur ligno calefacto: ipsa tamē actio calefactionis nō ei cōmunicatur nec passio ligni igni agenti cōmunicatur. alioquin lignū esset calefaciēs ignem et ignis esset a ligno calefactus quod est absurdum. ac per hoc similitudo agentis et passiōis nō fundatur super actionē et passiōnē nec fm illa attenditur. nam fm illam formam et qualitatem attenditur similitudo: que est cōmunis vtriq. similitudinis. cum ergo actus intellectiōis seu cognitiōis sit actio vel passio: consequens est q. similitudo inter cognoscentem et rem cognitā non attendatur fm ipsū intellectiōis vel cognitiōis actum: sed fm qualitatem aliquam vel formam que sit cōmunis vtriq. et hanc dicitur iuxta doctrinam p̄hs speciem intelligibilem que est qualitas impressa intellectui a re intelligibili eadē specie forme sue: non in essendo sed in representādo

nam talis conuenientia exigitur inter cognoscen-
tem et rem cognitam. propter quod phs dicebat
tertio de anima q lapis non est in anima sed spe-
cies lapidis. Et confirmatur. qz cōmunis fuit om-
nium phozum sentētia quia simile simili cognosci-
tur. et licet aristoteles dissentiat ab eis in eo q di-
cebant animā ex omnib⁹ rebus naturaliter cōpo-
ni vt omnia cognosceret: in hāctamē sententiam
consensit q omnis cognitio fit per assimilationē
cognoscibilis ad cognitum. ex quo sequitur q hu-
iusmodi assimilatio precedit cognitionem sicut
causa effectum. et cum esse non possit per ipsam
met rem cognoscibilem: sequitur q fiat per eius
speciem et similitudinem precedentem in intelle-
ctu cognitionē. ¶ Neq; obstat supradictis q. S.
Tho. intentionem et conceptionem intellectus
vocat similitudinem rei intellecte cōtra gentiles
libro primo capitulo. § 4. et de potentia dei. q. 8.
arti. p^o. nam in his locis et vbiq; habet talē mo-
dum loquendi: accipit cōceptionē vel intētionē
pro conceptu mentis quē intellect⁹ format tanq;
terminum intellectionis seu cognitionis. qui con-
ceptus alio nomine vocatur verbū mentis et ha-
bet modum cuiusdaz qualitatis vel forme p actū
intellectionis vel cognitionis constitute. quē ad-
modum in naturalibus terminus generationis ē
forma per ipsaz constituta seu aggregata. vnde
sanct⁹ thomas loco proxime allegato de potētia
dei sic dicit. intellectus intelligendo: ad quattuor
potest habere ordines: scilicet ad rem que intelli-
gitur: ad speciem intelligibilem qua fit intellect⁹
in actu: ad suum intelligere: et ad conceptionem
intellectus. que quidem cōceptio a tribus predi-
ctis differt. a re quidez intellecta: quia res intelle-
cta est interdum extra intellectum. conceptio au-
tem intellectus non est nisi in intellectu. et iteruz
conceptio intellectus ordinatur ad rem intelle-
ctam sicut ad finē. propter hoc enim intellectus
conceptionem rei in se format: vt rem intellectaz
cognoscat. differt autem ab intelligibili specie: nā
species intelligibilis qua fit intellectus in actu: cō-
sideratur vt principium actionis intellectus cum
omne agens agat fm q est in actu. intellect⁹ au-
tem fit in actu per aliquaz formam quaz oportet
esse actionis principium. differt autem ab actione
intellectus: quia predicta conceptio consideratur
vt terminus actionis et quasi quoddaz per ipsuz
constitutum. intellectus enim sua actione format
rei diffinitionem vel etiam propositionem affir-
mativam seu negativam.

¶ **Secundo** Notanduz est q simili-
tudo proprie accepta
est relatio quedā inter duo similia. sed quandoq;
large capiēdo similitudinem: forma fm quā at-
tenditur similitudo inter res similes appellatur si-
militudo vtriusq;. per quem modum dici consue-
uit q species sensibilis in sensu: est similitudo rei
sensate. et species intelligibilis in intellectu: est si-
militudo rei intellecte. et in ista acceptione capit
sanctus thomas similitudinem prima parte que-
stione octogesima quinta articulo secūdo: q sicut
forma fm quam prouenit actio tendens in rē ex-
teriorē est similitudo obiecti actionis vt calor ca-
lesciens est similitudo calefacti: similiter forma
fm quam prouenit actio manens in agente: est
similitudo obiecti. vnde similitudo rei visibilis est
fm quam visus videt. et similitudo rei intellecte
que est species intelligibilis: est fm quam intelle-
ctus intelligit. et accipitur iste modus loquēdi ex-
tendēdo nomē similitudinis ad omne illud quod
aliud designat vel representat. Sed sciendum est
q aliquid designare vel representare aliud conti-
git dupliciter. vno modo per continentiam quia
scilicet est res quedam continens in se actu vel vir-
tute id quod designat seu representat simpliciter
vel fm quid. et quod isto modo representat vel
designat aliud: consuevit appellari eius simili-
tudo modo supra dicto. alio modo designat seu re-
presentat aliquid rem aliam non per modum cō-
tinentie: vt scilicet contineat realiter in se actu vl
virtute id quod representat vel designat: sed per
modum enunciationis quia scilicet est quedaz rei
quasi verbalis expressio. fm quem moduz nomē
designat et representat rem cui est impositum: et
diffinitio representat quidditatez diffiniti: et oratio
aliquam rei compositionem. hoc enim nomē
homo designat seu representat naturam huma-
nam: quam tamen ipsum nomen realiter non cō-
tinet. et hec oratio diffinitiva: homo est animal
rationale: designat z representat hominis quiddi-
tatem: cum tamen nec in partibus orationis nec ī
tota oratione aliquid nature humane realiter cō-
tinetur nec actu nec virtute. quia nihil reale est in
ipsa oratione quod actu vel virtute contineat hu-
manam naturam. et quod isto modo designat vl
representat aliud: non consuevit appellari simili-
tudo illius: sed bene signum vel designatio. non
enim nomen vel oratio consuevit dici similitudo
rei per nomen vel orationem significare. ¶ Ex
quibus inferimus q cū sanctus thomas dicit diui-
nam essentiam non posse videri etiam a beatis p

aliquam similitudinem creatam quia nulla species vel similitudo creata potest representare diuinam essentiam: intelligit de representatione primo modo dicta: et de similitudine secundum consuetum modum loquendi. ac per hoc doctrine sue non preiudicat quod ipsa visio beata hominum et angelorum designet seu representet expresse et absque enigmate diuinam essentiam. nam huiusmodi representatio: non est per modum alicuius rei vel forme continentis in se realiter perfectionem diuine essentie actu vel virtute: secundum quem modum representationis accipitur ratio similitudinis. sed est quedam enunciativa expressio per modum orationis verbalis eius quod est diuina essentia. quemadmodum in hac propositione homo est albus: continetur enunciativae tantummodo et verbaliter inherencia formalis qua albedo realiter est homini. unde sicut nullus sapiens unquam dixit hanc orationem homo est albus esse similitudinem hominis albi: ita nec satis docte aliquis dixerit quod intellectio seu cognitio sit similitudo rei intellecte: quamuis enunciativae notificet quid sit. Ueruntamen ut eos qui contentionibus studet omni ex parte convincamus: dicimus ulterius quod etiam si cognitio seu visio intellectus dicatur abusive similitudo rei intellecte: non preiudicat doctrine sancti doctoris quod visio beatorum qua diuinam essentiam clare vident dicatur similitudo expresse representans diuinam essentiam. quoniam huiusmodi visio ex parte principij. scilicet forme intelligibilis ex qua est in intellectu tota ratio representationis rei intellecte: est quid increatum et infinitum virtute. nam talis forma intelligibilis est ipsa met numero essentia diuina cuius virtute visio beata habet quod sit expressissime representans diuinam essentiam. ac per hoc non comprehenditur sub specie vel similitudine creata: de qua sanctus thomas dicit quod non sufficeret representare diuinam essentiam. nam ipse ibi loquitur de specie vel similitudine que ex omni sui parte est quid creatum. Hec diximus ad obstruendum os aduersariorum quasi respondentes ad hominem. sed verum est quod sanctus thomas negans diuinam essentiam videri clare a beatis per aliquam similitudinem creatam: intelligit de similitudine que sit forma intelligibilis qua sicut principio formali intellectus determinatur ad intelligendum rem cuius est similitudo. nam ut ipse dicit de veritate questione octava articulo primo in corpore: in omni visione oportet ponere aliquid quod videns videat rem visam. et hoc est vel essentia ipsius rei vise sicut cum deus cognoscit seipsum

vel similitudo eius sicut cum homo videt lapidem. et hoc ideo quia ex intelligente et intelligibili oportet aliquo modo fieri unum intelligendo.

Tertio Notandum est prout sanctus thomas deducit loco proxime allegato in precedente notabili: quod in omni cognitione que est per similitudinem: modus cognitionis est secundum convenientiam similitudinis ad illud cuius est similitudo. dico autem convenientiam non secundum esse nature sed secundum representationem. sicut species intelligibilis in anima conuenit cum re que est extra animam non secundum esse naturale. et ideo si similitudo deficiat a representatione nature speciei non autem a representatione generis: cognoscetur res illa secundum rationem generis: non secundum rationem speciei. si vero etiam deficeret a representatione generis: representaret autem secundum convenientiam analogie tantum: tunc etiam nec secundum rationem generis cognoscetur. sicut si cognoscerem substantiam per similitudinem entis vel accidentis. Ex quibus inferimus quod similitudo creata per quam posset cognosci diuina essentia perfecte: necessario deberet representare diuinam essentiam quam ad propriam et ut ita dixerim specificam naturam. hoc autem est impossibile create similitudini propter multa in quibus deficit a tali representatione. et iuxta propositum nostrum hoc est unum quia nulla natura creata est suum esse. propter quem defectum nulla similitudo creata potest representare proprie et specificiter diuinam essentiam que est suum esse. Et hanc rationem tangit sanctus thomas prima parte questione duodecima articulo secundo in corpore. ubi non fuit mens eius assignare defectum representationis in similitudine creata ex parte modi essendi ipsius prout aliqui false intellexerunt: sed ex parte ipsius nature similitudinis secundum quam attenditur eius representatio. ut formetur sic ratio sancti doctoris. in omni similitudine perfecte et specificiter representate essentiam alicuius rei: virtus representationis que provenit ex natura similitudinis debet se extendere ad totum illud quod est essentia rei representate. cum autem nulla natura creata sit suum esse nec illud intrinsece contineat quia in omni creatura esse est extrinsecum essentie et differt ab ea realiter: consequens est quod nihil creatum ex sui natura habet vim representandi essentiam diuinam que est substantialiter ipsum esse purum et simplicissimum. Ex hac ratione consequitur alia. nam quia diuina essentia est suum esse simplicissimum: sequitur quod sit purus actus nihil prorsus potentialitatis habens.

cum autem nulla res creata sit purus actus: quini-
mo omne creatum aliquid habet potentialitatis
vel in sui compositione vel secundum ordinem seu habitu
dinez aliquam: saltem habet potentiam ad esse et non
esse et fuit prius in potentia quam in actu: consequens est
quod nulla res creata possit perfecte et quasi specificiter
representare divinam essentiam. non enim actus
purus per aliquid potenziale perfecte representa-
ri potest sicut nec dissimile per suum dissimile. quod
ut tactum est supra: omnis representatio est propter
convenientiam quam habet representans ad
representatum. in eo ergo in quo disconveniunt
vnum non potest directe aliud representare. in re-
bus autem creatis potest essentia representari per id quod
non est actus purus: quia nec ipsa rei essentia est actus
purus sed aliquid potentialitatis implicans.

Quarto Notandum est quod ut acci-
pitur ex dictis. S. Tho. p.
p. q. 85. arti. p.^o. et. 2. phantasmata cum sint simili-
tudines individuorum et existant in organis cor-
poralibus: non habent eundem modum existendi
quem habet intellectus humanus qui est potentia ani-
me non determinans sibi organum corporale. et
ideo phantasmata non possunt sua virtute ipse-
mere in intellectum possibilem. nam sicut corpus
non potest agere in rem corpoream propria vir-
tute: ita nec agens organicum potest agere propria vir-
tute in potentiam non organicam. virtute tamen in-
tellectus agentis phantasmata illuminantis: re-
sultat quedam similitudo in intellectum possibilem
que est representativa earum rerum quarum sunt
phantasmata. non quod ad principia individualia
sed quod ad naturam speciei. et per hunc modum di-
citur abstrahi species intelligibilis a phantasma-
tibus. non quod aliqua eadem numero forma que prius
fuit in phantasmatibus: postmodum fiat in in-
tellectu possibili: ad modum quo accipitur corpus
ab uno loco et transfertur ad alterum. huiusmo-
di autem species intelligibilis in intellectu possi-
bili: non est id quod intellectus possibilis directe
intelligit: sed est principium quo intellectus intel-
ligit rem vel naturam cuius est species. **Ex** qui-
bus inferimus falsam esse ne dicam vanam ima-
ginationem quorundam dicentium quod similitudo
rei intelligibilis habet duplex subiectum. vnum secundum
esse reale quod est intellectus possibilis. et aliud
secundum esse apparens vel prospectum secundum modum lo-
quendi illorum quod est phantasma. tum quod hoc
est contra omnem philosophiam. immo implicat
contradictionem quod idem numero accidens sit in
duobus subiectis: eo quod omne accidens numeratur

et indiuiduatur a subiecto suo a quo habet esse. tum
etiam quia sicut capiunt esse prospectum. scilicet per esse
obiectali apparens: quod est in aliquo secundum esse pro-
spectum: non est in eo subiective sed tantummodo
obiective. nec secundum tale esse indiget subiecto sicut
ens rationis. entia siquidem rationis prout dedu-
ctum fuit libro primo distinctione decima nona
questione tertia sub primo notabili: ut sic non sunt
in aliquo subiective. quia entia rationis non dicuntur
entia ab esse existentie: sed ab esse intelligibili
vel obiectali. secundum quod non dicitur esse aliquid pro-
prie loquendo existere: sed magis intelligi aut esse
intellectum vel intelligibile. esse enim obiective in
aliquo: non est aliud quam esse eius obiectum. huius-
modi autem esse: non est reale sed rationis. et
inde est quod cognoscibilis in quantum cognoscibile ad cog-
noscentem vel cognitionem: non est relatio rea-
lis sed rationis tantum prout philosophus dicit. S.
methaphisice. Quod autem isti dicunt quod species
sive similitudo rei intellecte quam ipsi ratione vi-
cti fatentur sit idem realiter quod ipsa intellectio aut
cognitio pro eo quod utraque facit rem intellectam ap-
parere: est minus bene dictum. nam sicut tactus su-
it supra in secundo notabili: alio modo facit rem
apparere species seu similitudo rei: et alio modo
cognitio aut intellectio. sicut et apud omne agens
creatum alio modo forma seu virtus agentis est
quo agens agit: et alio modo ipsa actio. nam for-
ma seu virtus agentis est quo agens agit sicut prin-
cipio agendi et sicut habens esse permanens in a-
gente. actio vero est quo agens agit non sicut prin-
cipio agendi: sed sicut actione que magis habet ra-
tionem effectus et est habens esse non permanens
sed in fluxu ac successione. unde cessante motu a-
gentis: cessat et ipsa actio nec amplius manet in
esse. forma vero seu virtus agentis etiam cessan-
te actione permanet. sed fieri non potest quod una
eadem res simul sit principium actionis et ipsa a-
ctio aut principium et principiatum respectu eius-
dem. et iterum quod simul habeat esse permanens et
esse successivum et simul sit et desinat esse. Nec quod
ad hoc valere potest distinctio rationis inter spe-
ciem vel similitudinem et intellectionem ad quam
isti confugiunt. nam nulla distinctio rationis suffi-
cit ad hoc quod de una et eadem re finita et limitata
verificentur premissa contradictoria predicta. unde
et isti verbis suis se convincunt dicentes quod spe-
cies sive rei similitudo est in intellectu faciens rem
apparere. ex quo sequitur quod ipsa species et simili-
tudo sit causa apparitionis: et per consequens quod
non sit ipsa apparitio. quia causa aliud est ab effectu

intellectio vero et cognitio ex ipsa nominis ratione est apparitio rei. vnde sicut nemo satis doctus diceret formam seu virtutem agendi esse eandem rem cum actione quam causat: ita nec satis docte potest dici quod species vel similitudo faciens in intellectu rem apparere: sit ipsa rei apparitio.



Quantum ad articulum quartum respondendum est ad argumenta contra conclusionem. Et quidem ad primum contra primam rationem probationem conclusionem: dicitur quod assumptum est falsum. et ad eius probationem dicitur primo quod maior propositio est falsa capiendo similitudinem proprie et secundum consuetum modum loquendi. nam ut deductus fuit in primo notabili: actus visionis seu cognitionis et generaliter actio vel passio non est fundamentum similitudinis nec proprie dici potest similitudo. Necque auctoritates augustini illi suffragantur. non prima quoniam falso allegatur ab arguente. non enim augustinus dicit quod visio cogitationis est similitudo rei vnde formatur sicut arguens falserecitat: sed dicit quod visio cogitationis est similitudo visioni scientie. ubi cogitationem accipit pro verbo formato ex visione scientie id est ex intellectu. vnde post verba premissa augustinus subiungit. quando ergo quod in noticia est hoc est in verbo: tunc est verum verbum et veritas. Et parum infra. verum inquit verbum est: cum de scientia bene operandi gignitur. Et infra libro decimo quinto capitulo decimo sexto. cogitatio inquit nostra procedens ad id quod scimus atque inde formata: verbum nostrum est. Ad quem intellectum facit quod infra dicit capitulo penultimo. ait enim. ipsa scilicet trinitas ostendit tibi verbum verum esse in te quando de scientia gignitur id est quando quod scimus dicimus: quantum nullius generis lingua significantem vocem vel proferamus vel cogitemus vel ex illo quod nouimus cogitatio nostra formatur. fitque in acie cogitantis imago similitudo cogitationis eius quam memoria continebat. patet igitur quod auctoritas allegata per arguentem non facit ad eius propositum. Nec secunda auctoritas illi iuuat: nam truncate illam arguens recitat. sic enim habetur in textu. in hac quippe imagine tunc perfecta erit dei similitudo: quando dei perfecta erit visio. ubi non est mens augustini dicere quod perfecta dei visio est perfecta dei similitudo: sed quod perfecta dei visio facit quod in imagine dei que est in homine a sui creatione eo ipso quod dei capax est ut idem

augustinus dicit supra capitulo octauo: sit perfecta dei similitudo. pro eo quia ut sanctus thomas deducit prima parte questione nonagesima tertia articulo sexto et septimo: imago dei principaliter attenditur in homine secundum actum mentis scilicet intellectus et voluntatis. ac per hoc quanto actus mentis fuerint perfectiores sicut in patria tanto imago dei que est in mente hominis est perfectior dei similitudo. vnde patet quod auctoritas allegata per arguentem impertinens est suo proposito. Ad quod nihil etiam facit tertia auctoritas allegata: nam nec ista fideliter recitatur. non enim in toto capitulo reperitur dictum sicut arguens illud allegat. sed quod ibi magis ad propositum trahi potest: est quod in principio capituli dicit. tanta est cogitationis vis ut nec ipsa mens quodammodo se in conspectu suo ponat: nisi quando se cogitat. ac per hoc ita nihil in conspectu mentis est: nisi vnde cogitatur. et infra cum dicit. mens igitur quando cogitatione se conspiciat: intelligit se et recognoscit. gignit ergo intellectum hunc et cognitionem suam. Sed certe ex his verbis non probatur arguentis propositum. nam non est sensus verborum quod ipsa cogitatio sit mentis imago vel similitudo: sed quod ipsa mens quando se cogitat: est sibi pro imagine et similitudine ita quod seipsam in seipsa conspiciat et intuetur. Apparet igitur quod auctoritates augustini per arguentem inducte: nihil faciunt ad eius propositum. Nec iterum auctoritas anselmi per arguentem allegata probat eius propositum. quoniam cogitatio ibi capitur non pro actu intellectionis: sed pro conceptu aut verbo per illum formato quod est terminus intellectionis et habet vim forme non actionis. Et quod anselmus capiat cogitationem pro verbo vel conceptu: constat ex antecedentibus et subsequentibus. premisserat enim. utique verbum quod sedicit summa sapientia: convenientissime dici potest verbum eius secundum superiorem rationem quia eius perfectam tenet similitudinem. post que verba statim subiungit. nam nulla ratione negari potest et cetera que arguens allegat. et infra inquit. cum enim cogito notum mihi hominem absentem: formatur acies cogitationis mee in talem imaginem eius qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi. que imago in cogitatione verbum est eiusdem hominis quem cogitando dico. et post pauca in ultimis verbis capituli sic concludit de cogitatione formata. que imago eius verbum eius est. Ad rationem autem quam arguens adducit ad id probandum dicitur quod assumptum est verum de illo quod facit rem ultimare et forma-

liter apparere sicut eius species aut forma: et non sicut operatio que enunciatiue tantummodo facit rem apparere, et de hoc latius dictum fuit in primo et secundo notabili. In casu autem ab arguente dato si deus annihilaret visionem in mente beati: dicimus quod consequentia non est vera, nam ipsa et diuina essentia per seipsam perficiens intellectum: esset sibi apparens et lucens et conspicua etiam nullo actu intelligendi elicitio ab intellectu beati. nam et communi cursu prius natura species intelligibilis representat et facit apparentem rem cuius est: quod intellectus eliciat actum intelligendi ad ipsam rem terminatum. quod multo perfectius potest fieri si ipsa res per seipsam fiat presens intellectui quemadmodum est diuina essentia in beatis. prius enim natura quam intellectus dicat diffinitive aut enunciatiue hoc est hoc de re cuius specie est informatus: habet rem ipsam conspicuam et apparentem in ipsa specie intelligibili quasi in quodam speculo: vel in re ipsa si per se sit forma intelligibilis quemadmodum diuina essentia in beatis. Ad auctoritate vero augustini dicimus quod quod simul tempore mens sibi relucet et est conspicua et seipsam cogitat: ideo augustinus dicit quod non est in conspectu suo nisi quando se cogitat. sed nihilominus ordine nature prius est mens sibi apparens et conspicua antequam de ea actus cogitationis formetur. non enim ipsa cogitatio seu intellectio elici potest: nisi res que intelligitur aut cogitatur esset menti apparens per se vel per suam speciem, et potest poni exemplum in eo qui videt faciem suam vel alterius in speculo, quia prius natura res cuius est facies sit apparens et perspicua per faciem quam visio oculi consequatur: quamuis simul tempore sit utrumque: unde augustinus undecimo libro de trinitate capitulo tertio inquit. si autem acies recordantis non formaretur ex ea re que erat in memoria: nullo modo fieret visio cogitationis. sed utriusque coniunctio id est eius quam memoria tenet et eius que inde exprimitur ut formetur acies recordantis quia simillima sunt: veluti unam facit apparere. Ad quod facit in capitulo sequenti cum dicit. quod ergo est ad corporis sensum aliquid corpus in loco: hoc est ad animi acies similitudo corporis in memoria. et quod est aspiciens visio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi. hec augustinus. ex quibus apparet quod visionem et cogitationem semper precedit in sensu vel intellectu: species vel similitudo per quam res cuius est

species reluceat et fiat conspicua. ¶ Responsiones autem quibus arguens nititur respondere ad motiua pro nostra conclusione inducta: non satis faciunt. non prima. nam capiendo similitudinem inferioris ordinis essentialiter ut arguens dicit vel ut melius dicitur capiendo genituum intrinseque in quo sensu intellexit dionysius: falsum est quod omnis similitudo sit inferioris ordinis quam res cuius est sub ratione qua est similitudo. nam sicut deductum fuit in tertio notabili: inter similitudines seu speciem representantem et rem que per eam representatur: non requiritur conuenientia secundum esse nature sed secundum representationem. unde licet species vel similitudo angeli vel cuiuscumque substantie sit inferioris esse nature: equatur tamen illi secundum esse representatiuum si sit perfecta quia. scilicet representat rem quam representabilis est. hanc autem perfectam representationem: nulla forma aut similitudo creata habere potest respectu diuine essentie: signanter propter illam que sanctus thomas assignat locis per conclusionem allegatis. nec arguens talem representationem probauit. ¶ Hec valet secunda responsio. quam falsum est quod ratio sancti doctoris peccet secundum non causam ut causam ut arguens putauit non intelligens vim rationis sancti thome. que non stat in eo quod esse sit inherens vel non inherens vel subale vel accidentale: sed in eo quod dictum fuit in tertio notabili: quia scilicet esse dei est ipsa diuina natura et contra. ac per hoc perfecte representari non potest nisi per naturam que sit suum esse quod nulli nature create potest conuenire. ¶ Hec valet tertia responsio. nam ex premissis responsionibus apparet et ex dictis in secundo notabili: actus visionis non potest proprie dici similitudo rei vise. quod si abusive arguens contendant similitudinem vocari: dicimus falsum esse quod visio clara diuine essentie sit quid finitum ex ea parte qua vim habet perfecte representare diuinam essentiam: prout ostensum fuit in secundo notabili. ¶ Ad ea que arguens secundo loco obiicit: ad primum dicit quod peccat per fallaciam secundum non causam ut causam. non enim sanctus thomas negat diuinam essentiam clare videri per spiritum creatam: ea ratione quod visio que fit per spiritum non sit clara rei visio. quia immo contrarium ipse tenet signanter in hac dis. q. 2. ar. primo ad 16^m. sed illud negat quia nulla species creata potest perfecte representare diuinam essentiam. Et per hec patet responsio ad secundum quod preceedit ex eodem falso supposito. ¶ Rursus responsio quam dat ad auctoritatem augustini non valet. quam sensus quem in ea habuit arguens est contra intentionem augustini. nam augustinus ibi duo tetigit in quibus

differt visio dei quam nunc habemus a visione patrie. unde in eo quod dixit nunc videmus per speculum: tetigit modum visionis per medium obiecti visum. de qua visione responsio arguentis procedit. sed sub enigmatis nomine: quatenus similitudines designavit et non solum que est per medium obiectum prout augustinus ibi expresse dicit. ait enim. proinde quantum mihi videtur sicut nomine speculi imaginem voluit intelligi. scilicet apostolus: ita nomine enigmatis quatenus similitudinem tamen obscuram et ad prospiciendum difficilem. hec augustinus. Ad ea que arguens secundo principaliter adducit ad probandum quod deus in patria videtur per creatam similitudinem. scilicet per actum visionis que est vera similitudo obiecti: concedimus consequentiam. est enim verissimum quod videre et cognoscere seu intelligere non est purum pati sed sunt operationes presupponentes quandam passionem prout latius ostensum fuit primo libro distincti. 35. sub primo notabili. Et ad huius improbationem: respondemus primo ad auctoritates. unde ad primam augustinus dicitur quod sentire et intelligere presupponunt receptionem speciei sensibilis et intelligibilis in sensu et intellectu. et quia omnis receptio est quedam passio large sumpta: ideo sentire et intelligere quandoque dicuntur esse quoddam pati. non predicatione essentiali: sed per causam. quia. scilicet et predicta receptione specierum que largo modo dicitur passio causatur intelligere et sentire. Unde S. Tho. p. q. 85. arti. 2. ad. 3. primo inquit consideratur passio intellectus possibilis scilicet quod informatur specie intelligibili. qua quidem formatus format secundo vel diffinitionem vel diuisionem vel compositionem que per vocem significatur. Item primo sententiarum distinctione quadragesima questione prima in corpore dicit. sentire quatenus ad ipsam receptionem speciei sensibilis: nominat passionem. similiter et intelligere quod etiam pati quoddam est ut in tertio de anima dicitur. sed quatenus ad actum consequentem ipsum sensum perfectum per speciem: nominat operationem que dicitur motus sensus. de quo dicit philosophus in tertio de anima quod est actus perfecti. hec sanctus thomas. Ex quibus patet quod sentire et intelligere quatenus ad sui substantiam actiones et operationes sunt. sed quia non sunt sine passione aliqua. scilicet receptione specierum aliquando vocantur quoddam pati predicatione per causam. Et per hec patet responsio ad auctoritates philosophi et commentatoris in quibus intelligere et sentire vocantur pati. in omnibus enim loquuntur de sentire et intelligere quatenus ad receptio-

nem speciei sensibilis vel intelligibilis. per quam sensus et intellectus prius natura informantur quatenus eliciant operationes suas que sunt sentire et intelligere. et quod ista fuerit mens philosophi et commentatoris probatum fuit libro primo distinctione. 35. Ad secundam auctoritatem augustinus per quam nititur probare quod forma vel species rei vise in sensu vel intellectu sit ipsa visio: dicitur quod arguens non habuit verum intellectum in verbis augustinus. nam in eodem capitulo expresse ponit augustinus preter visionem: formam seu spiritum corporis visi impressam sensui visus. sed ut ipse augustinus ibi dicit: quod ipsa speciei impressio et visio sunt ita coniuncte ut simul tempore sint: non discernuntur sensu sed ratione quatenus duo diuersa sint. ait enim sic quasi in medio capituli. ideoque non possumus quidem dicere quod sensus signat res visibiles: signat tamen formam velut similitudinem suam que fit in sensu cum aliquid videndo sentire. sed corporis formam quod videmus et formam que ab illa in sensu videntis fit per eundem sensum: non discernimus. quoniam tanta coniunctio est ut non pateat discernendiloco. sed ratione colligimus nequaquam nos potuisse sentire: nisi fieret in sensu nostro aliqua similitudo respectu corporis. hec augustinus. et infra sic concludit. que coniuncta sunt tria hec quatenus diuersa natura que admodum in quandam unitatem contemperent meminerimus. id est species corporis quod videtur: et impressa eius imago sensui que est visio sensus ue format: et voluntas animi que rei sensibili sensum admouet in eo quod ipsa visio nem tenet. et parum infra inquit. cum igitur horum trium tam diuersa sube sint: tamen in tanta coeunt unitate ut duo priora vix intercedere iudice ratione discerni valeant. species videlicet corporis quod videtur: et imago eius que fit in sensu. id est visio. Item in capitulo tertio sequenti parum post principium sic ait. pro illa specie corporis que videbatur extrinsecus: succedit memoria retinens illam spiritum quam per corporis sensus combibit anima. proque illa visione que foris erat cum sensus corpore visibili formare: succedit inatus similis visio et cetera. et parum infra. sicut in questione discernere species visibilis qua sensus corporis formabat: et eius similitudo que fiebat in sensu formato ut esset visio ita erant coniuncte ut omnino una eademque putaretur: sic illa phantasia et cetera. hec augustinus. Ex quibus manifeste apparet quod preter visionem augustinus ponit speciem seu similitudinem corporis informantem sensum visus. ac per hoc arguens falsum habuit intellectum in verbis augustinus dicens augustinum tenuisse nullam aliam formam vel similitudinem imprimi a corpore visibili in visum: nisi vi-

sionem. ¶ Tertia vero auctoritas per arguentē inducta ex capto nono eiusdē libri: manifeste pro nobis facit. arguēs autē trūcate illam recitat. naz sic iacet in textu. in hac igitur distributione cuz in cipimus a specie corporis et peruenimus vsq; ad species que fit in contuitu cogitātis: quattuor species reperiunt quasi gradatim nate altera ex altera secunda de prima tertia de secunda quarta de tertia. a specie quippe corporis quod cernit: exortitur ea que fit in sensu cernentis. et ab hac ea q̄ fit in memoria. et ab illa ea que fit in acie cogitantis. quapropter voluntas quasi parentē cū prole ter copulat. primo specie corporis cum ea quam gignit in corporis sensu. et ipsam rursus cum ea q̄ fit ex illa in memoria. atq; istam quoq; tertio cuz ea que ex illa parit in cogitantis intuitu. hecaugustinus. vbi manifeste ponit spēm corporis distinctā a visione quam dicit secundā speciem q̄ fit in sensu videntis per moduz quo proles distinguitur a parente. qui in omnibus etiam in diuinis realiter distinguuntur. et vocat hanc species min⁹ proprie fm acceptionem similitudinis secundā quam posuimus in secundo notabili. ¶ Ad auctoritatē anselmi supra responsum est. ¶ Ad primā auctoritatem phi ex secundo de anima dicim⁹ q̄ non militat cōtra nos imo pro nobis facit. nam actus sensibilis ibi sumitur pro specie rei sensibilis qua sensus informatur et fit vnum ex specie et sensu sicut ex potentia et actu. q̄ autē eadem est actio sensibilis et passio sensus: non est ad propositū. nam questio nostra nō est an actio et passio sint idem sed vtrū species visibilis et visio sint idem. et generaliter vtruz species sensibilis aut intelligibilis et sensatio aut intellectio sint idē. ¶ Ad dicta vero cōmentatoris et ad auctoritates phi quib⁹ videntur dicere q̄ sentire et intelligere est quoddā pari responsum est supra respōdendo ad ea q̄ arguēs secundo principaliter obiicit. Quod arguens dicit q̄ si visio aut sensatio vel intellectio nō essent primū et solū quod sensibilis res et intelligibilis impriunt sensui aut intellectui: nō probarēt augustinus et phs intētionē suam: dicim⁹ q̄ est falsum. imo si non ponerēt spēm rei sensibilis vel intelligibilis distinctā ab actu sensationis et intellectiois non pbarēt intētionē suā: sicut aperte deduximus ex auctoritatib⁹ augustinī. ¶ Ad rationem vero quā arguēs putat esse dicentē propter quid: dicimus q̄ maior est falsa vniuersaliter sumpta. nam dupliciter aliqd dicit ratio formalis agendi. vno modo sicut forma q̄ in agēte est principiū agendi sicut caliditas est igni principiū formale calefaciē-

di. alio modo dicitur aliquid formaliter agere p aliud non tanq; principiū actionis: sed tanq; per ipsam actionē. ignis enī calefacit formaliter caliditate tanq; principio calefaciēdi: et calefactione tanq; actione. maior ergo ppositio habet veritatem de eo qd est ratio formalis secundo modo et non pmo modo: fm quē species sensibilis et intelligibilis est rō formalis sensui et intellectui vt res sensibilis aut intelligibilis sibi appareat obiectiue. vnde omnia q̄ arguēs adducit p se probāt q̄ act⁹ sentiēdi et intelligēdi faciūt formaliter rē apparere sensui aut intellectui secūdo modo: nō pmo modo. Quod autem arguēs adducit ex dicto phi cōtra anaxagorā nō est ad ppositū. qm phs nō rēp hēdit ipsum pro eo q̄ poneret in anima vel intellectu spēm aduenticiā a sensib⁹ impressam: s̄ quia posuit q̄ anima esset cōposita fm esse naturale ex omnib⁹ rebus vt sic omnia cognosceret. nā et ipse phs species rerū intelligibilū ponit in intellectu a sensibilibus acceptas per quas cognoscat. vnde in eodem tercio libro dicit q̄ lapis nō est i anima sed species lapidis. Cum autem arguēs obiicit q̄ tunc due essent in intellectu similitudines aut species representantes rem intelligibilē: dicimus primo q̄ illud non est nobis incōueniens cuz sint diuersaruz rationū: quemadmodū et sunt duo qd⁹ omne agēs creatum formaliter agit vt paruz sup diximus. Respondemus secundo q̄ species sensibilis vel intelligibilis est pprie similitudo rei. sed actus sentiēdi vel intelligēdi dicitur improprie et abusive similitudo rei intellecte vel sensate. pur in secūdo notabili et in quarto fuit deductuz. Et cū iterū arguens infert q̄ tūc duo actus essent in intellectu: cōcedimus cū sint diuersarū rationum. naz species intelligibilis vel sensibilis habet rationez actus pmi. sensatio vero aut intellectio seu visio hēt rationē act⁹ secūdi q̄ ē opatio. quē admodum et in eo q̄ virtuose opat: simul sunt duo act⁹ distincti. s. virt⁹ tanq; act⁹ primus opantem informans et opatio virtuosa tanq; act⁹ secūd⁹ ab opāte elicitus. vñ frustra arguēs laborat q̄ si ponit in intellectu species pter actū intelligēdi: q̄ illa erit rēp sentatiua rei intelligibilis. qm illud nos libenter admittim⁹. imo ad eundē actū spēm intelligibilē ponim⁹. Quā autē arguens dicit q̄ tunc species et act⁹ intelligēdi nō differrēt nisi p magis representare et min⁹ in eadem specie: dicim⁹ q̄ est falsum. quia imo differūt p magis pprie et minus pprie representare et fm diuersam specificā rationē prout in secūdo notabili deductū fuit. ¶ Ad secundā pba tionē per rationē diuisiuaz: accipim⁹ secūdā partē

diuisionis, s. q. sunt alteri⁹ rationis, et ad hui⁹ par-
tis improbationem dicimus q. vna est nobilior a-
lia, quia species est nobilior similitudo rei intelli-
gibilis q. actus intelligendi: quia est magis pro-
pria, et cum arguens infert q. tunc actus intelli-
gendi esset nobilior similitudo et contineret alia
negatur consequentia, immo econtra species in-
telligibilis est nobilior et continet virtute actum
intelligendi, quemadmodum omnis forma que e-
st principium agendi est nobilior actione et eaz vir-
tute continet cum eius virtute producat. Cum
vero arguens obicit q. due forme quarum vna
continet alia virtute sunt impossibiles in eo-
dem subiecto: dicitur q. illud habet veritate qua-
do forme sunt eiusdem rationis et ordinis sicut due
forme substantiales vel duo trigona et calidus et
tepidum et similia: sed non est verum quando for-
me sunt diuersarum rationum et ordinum quem-
admodum forma agendi et actio, simul eni sunt
in agente virtus et potentia agendi et actio ima-
nens, et forma substantialis et forma accidenta-
lis per eius virtutem agens. Nec est inconueni-
ens q. idem bis assimilatur alicui sicut vnum po-
mum bis potest, i. s. in duo assimilari alteri, s. in co-
lore et sapore, vnde quia totus processus argu-
tis fundatur in pluralitate formarum eiusdem or-
dinis et rationis: nihil ad propositum cofert. ¶ Ad
illa autem que arguens adducit contra aliqua q.
obstare possunt si species intelligibilis esset idip-
sum quod intellectio: respondemus q. inter ea q.
obstant: hoc est vnum quod arguens tangit, nec
valet responsio vel magis fuga ad quam arguens
recurrat, nam distinctio rationis quam arguens as-
signat inter speciem et actum intelligendi: dicens
illa esse eandem rem absolutam: est fictio quedam
impossibilis, ¶ Probatur hoc, quia omnis actio et
operatio aut passio est de numero entium succes-
sivorum q. ad sui substantiam: de quorum ratione
est q. peracta transeunt et non sunt: quam obrem
dicuntur successiua, ergo post q. intellectio perfici-
tur in intellectu: statim transit et non est, ac p. hoc
non potest in memoria remanere s. in sui substan-
tiam, Cum autem species rei intelligibilis in intel-
lectu et in memoria maneat post actualem consi-
derationem prout sepe augustinus dicit in locis
per arguentem allegatis libro vndecimo et quin-
decimo de trinitate: sequitur q. species intelli-
gibilis et visio seu intellectio non sunt nec esse possunt
vna et eadem res absoluta. Et confirmatur, quo-
niam augustinus vndecimo de trinitate capitulo
secundo expresse dicit speciem rei visibilis et visio

nem esse duo distincta: et q. se habent adinuicem
sicut parens et proles: qui non solum in reb⁹ crea-
tis sed etiam in diuinis realiter distinguuntur, Et
preterea signanter in eo libro vndecimo capitulo
tertio et quarto aperte ponit in memoria specie
rei visibilis distinctam a visione, ait enim in prin-
cipio capituli tertij, quia etiam detracta specie cor-
poris que corporaliter sentiebatur: remanet in me-
moriam similitudo eius quo rursus voluntas conuer-
tat aciem vt inde formetur intrinsec⁹: sicut ex cor-
poris obiecto sensibilis sensus extrinsecus formaba-
tur: atq. ita fit illa trinitas ex memoria et interna
visione et que vtriusq. copulat voluntate, Et pa-
rum infra, pro illa inquit specie corporis que vi-
debatur extrinsecus: succedit memoria retinens
illam speciem quam per corporis sensum combi-
bit anima, proq. illa visione que foris erat cu sen-
sus corpore visibili formaretur: succedit intus si-
milis visio: cu ex eo quod memoria tenet: forma-
tiones animi et absentia corpora cogitantur, vo-
luntasq. ipsa quomodo foris corpori obiecto for-
mandum sensum admouebat formatuq. iunge-
bat: sic aciem recordantis animi conuertit ad me-
moriam: vt ex eo quod illa retinuit ista formetur
et sit in cogitatione similis visio, sicut autem ratio-
ne discernebatur species visibilis qua sensus cor-
poris formabatur et eius similitudo que fiebat in
sensu formato vt esset visio: alioquin ita erant co-
iuncte vt omnino vna eademq. putaretur, sic illa
phantasia cum animus cogitat speciem corporis
cum constet ex corporis similitudine quam me-
moriam tenet et ea que inde formatur in acie recordan-
tis animi: tamen sic vna et singularis apparet: vt
duo quedam esse non inueniantur nisi iudicante
ratione: qua intelligimus aliud esse illud quod in
memoria manet etiam cum aliunde cogitamus:
et aliud fieri cum recordamur id est ad memori-
am redimus et illic inuenimus eandem speciem, qua
si iam ibi non esset: ita oblitos nos esse dicerem⁹
vt omnino recolere non possemus, si autem acies
recordantis non formaretur ex ea re que erat in
memoria: nullo modo fieret visio cogitantis: sed
vtriusq. coniunctio id est eius quaz memoria te-
net et eius que inde exprimitur: vt formetur ac-
ies recordantis: quia similitudo sunt: veluti vnam
facit comparere, cum autem cogitantis acies auer-
sa inde fuerit: atq. id quod in memoria cernebat
desisterit intueri: nihil forme que impressa erat in
eadem acie remanebit: atq. inde formabitur quo
rursus conuersa fuerit vt illa cogitatio fiat, manet
tamen illud quod reliquit in memoria: quo rursus

cū id recordamur cōuertat: et puerſa formet atq; vnū cū eo fiat vñ forma. hec oia augu⁹. et i caplo 4^o. post mediū sic cōcludit. qđ ergo est ad corpis sensum aliqđ corp⁹ in loco: hoc ē ad animi aciem similitudo corpis in memoria. et qđ ē aspicientis visio ad eam spēm corpis ex qua sensus formatur hoc ē visio cogitātis ad imaginē corpis in memoria cōstitutā et qua format acies animi. et qđ ē in tentio volūtatis ad corp⁹ visum visionēq; copulādā vt fiat ibi qđā vnitas triū quāuis eorū sit diuersa natura: hoc ē eadē volūtatis intētio ad copulādā imaginē corpis q̄ est in memoria et visione cogitātis. hec augustin⁹. Ex qbus verbis manifeste apparet qđ tā in visione exteriori q̄ in visione interiori: duo sunt realiter species sensibilis vñ intelligibilis et ipa visio q̄ quādo ē interior vocat quādoq; ab augustino cogitatio. Rursus ex p̄dictis verbis augustini plane accipit qđ nisi species esset in memoria: nō formaret visio iterna seu cogitatio: qz ex specie format ipsa visio: sicut et visio exterior ex specie sensibili. Patet igit esse ab arguente cōfictū cōtra intētionē augustini qđ spēs intelligibilis et intellectio seu visio intellectualis sit vna et eadē res sola ratione distincta. vñ arguēs nō valens fictionē suā saluare et veritate conuict⁹ redit ad nrām sententiā dicēs. habet ergo spēs in potentia cognoscitiua vt faciat apparere: qz vtrumq; .s. potētia et spēs cōstituūt vnū ad qđ sequit⁹ obiecti apparentia. hec ille. obiecti vero apparentia: est eius visio seu cognitio. vñ cū dicat illaz cōsequi ex potētia et specie fm qđ vnū sūt. .s. in esse intelligibili: consequēs est qđ alia res sit species et alia visio sicut se habēt causa et effectus. Dictum aut cōmentatoris sane intellectus: pro nobis facit. nam nos cōsimiliter dicim⁹ qđ potētia intellect⁹ et spēs intelligibilis se habēt sicut materia et forma et sūt vnū in actu fm esse intelligibile qđ cōmētor vocat esse intētionale. ita qđ intellect⁹ in actu est qđ cōpositū ex potētia intellectiua et ex specie intelligibili q̄^m ad eē intellectuale. vnde arguēs quē admodū goliath suo se interimit gladio. ¶ Reliqua vero qđ arguēs longo sermone recitat et cōmēdat notāda: magis certe veniūt reprobāda. put ex q̄rto notabili sit manifestū. ¶ Ad argumētum ante oppositū respōdet. S. Tho. p^o. p. q. 12. arti. 2. ad 3^m. qđ diuina essentia est ipsuz esse. vnde sicut alie forme intelligibiles q̄ nō sunt suū esse: vniunt⁹ intellectui fm aliquod esse quo in formāt ipm intellectū et faciūt ipsum intellectuz in actu: ita diuina essentia vnitur intellectui creato vt intellectuz in actu: per se ipsam faciens intellectum in actu. Et in hoc articulus terminatur.



M Timocir

ca quadragesimā nō nā distinctionē queritur vtrū vidētes deū videāt in eo oia que de⁹ videt vñ q̄ possūt in ipso videri: et arguitur qđ sic. qz qui intelligit quod mai⁹ est: potest intelligere minū vt dicit tertio de aia. sed oia qđ de⁹ facit vel facere pōt: sunt min⁹ q̄ eius essentia. ergo quicūq; intelligit deū p essentiaz: pōt intelligere omnia qđ de⁹ facit vel facere pōt. ¶ In oppositum arguitur. quia angeli vidēt deum p essentiam: et tamē non omnia sciunt. inferiores enim angeli purgantur a superiorib⁹ a nesciētia vt dicit dionisius caplo. 6. celest. hierar. ipsi etiam nesciunt futura contingētia nec cogitationes cordiū. hoc enim est soli⁹ dei. nō ergo quicūq; videt dei essentiam: videt omnia. ¶ In hac q̄stione erunt quattuor articuli vt sup̄.



Quantuz ad pri-

mū articulu⁹ sit prima conclusio qđ nullus intellectus creatus videndo dei essentia: videt in ipso omnia que de⁹ facit et facere potest. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. 2. ar. 5. Et p^o. p. q. 12. ar. 8. Itē de veri. q. 8. ar. 4^o. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 56. ¶ Secūda cōclusio est qđ intellectus creat⁹ videns diuinam essentiaz quodā modo videt ea omnia: nō tñ omnia simplr. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. cōtra gē. li. 3. capi. 59.



Qantum ad se-

cū dū articulu⁹ arguit cōtra cōclusiones. Et qđ cōtra pmā arguit godofred⁹ sexto quodlibet q̄stio ne tertia vbi sic dicit. dicūt qđāz qđ de⁹ pōt videri absq; hoc qđ aliq̄ creatura videat in eo. qz intellect⁹ limitat⁹ pōt p̄siderare absolutuz nō p̄siderādo relatiuū: dato qđ sint idē absolutū et relatiuū. s. de⁹ ē p̄ncipiū cognoscēdi se fm qđ est qđ absolutū: et ē p̄ncipiū cognoscēdi creaturas fm rōnē relationis q̄ ē idea. qđ intellect⁹ creat⁹ pōt videre deū nō vidēdo creaturā i ipso: qz pōt ipz p̄siderare nō p̄siderādo ideā. istō nō valet. qz cū essētia diuina ex sua ifinitate sit oiu⁹ rēpresentatiua: idea aut nō ē aliud q̄ essētia diuina i q̄^m rēpresentatiua alioz. disti⁹cte qđ nō pōt videri absq; visione idee nec cōtra. Alij dicūt qđ quāto aliq̄ intellect⁹ plurā videt i aliq̄

pncipio: tãto pfecti⁹ ipz intelligit. q̄ aut̄ intelligit i ali
 q̄ alia cognoscibilia: cognoscit ipsum q̄^m e cognof
 cibile. et per cõsequẽs comprehendit ipm. sed nul
 lus intellectus creatus põt deum comprehendere.
 ergo nullus intellectus creat⁹ videt in deo om
 nia: sed aliqua sic ⁊ aliqua non. istud aut̄ non va
 let. vnde sciendũ est q̄ quedam sunt q̄ per diuinã
 essentiã naturaliter representant̄ sicut omnes qd
 ditates: ⁊ hec vident̄ necessario visa diuina essen
 tia. qd̄ patet primo sic. quia que equaliter habet
 representari p̄ diuinã essentiã: equaliter habet vi
 deri per eam. sed omnia talia equaliter habet re
 presentari per diuinã essentiã: ergo equaliter
 videri. mino² probatur. quia essentiã diuinã equa
